XLIX
D
22

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XLIX
D
22
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

HIERONYMIANÆ FAMILIÆ VETERA MONUMENTA

AD

AMPLISSIMUM DOMINUM

D. ANGELUM MAR. QUIRINUM

S. R. E. CARDINALEM BIBLIOTHECARIUM

BRIXIENSEM EPISCOPUM

COMITEM &c. &c.



PLACENTIÆ MDCCLIV.

IN AEDIBUS ALOYSII BERNARDI SALVONI TYP. REG. DUC.

Superioribus Annuentibus.

Digitized by Google

Digitized by Google

ANGELO MAR. QUIRINO

SACRAE ROMANAE ECCLESIAE

CARDINALI EMINENTISSIMO.

D. FELIX MARIUS NERINIUS

HIERONYMIANAE FAMILIAE

ABBAS GENERALIS

FELICITATEM.

EGo vero, QUIRINE Cardinalis ampliſſimæ, Monaſterio Camporeenſi (1) valde amicior ſum factus, ex quo abs Te intellexi fuiſſe illic Tuæ quaſi incunabula religioſæ vitæ. O Felicem quidem, & glorioſam Sedem illam, quæ Te ampliſſimæ Familiæ Opes, & reliqua Fortunæ blandimenta magno animo aſpernantem ſuo veluti ſinu primum excepit, quæ

(1) Monaſterium S. Mariæ de S. Sepulcro Florentiæ ſuburbanum, quod vocant *le Campora*.

ad pietatem, quae ad omnem virtutis excellentiam erudivit, quae demum beata illa ſolitudine, ac taciturnitate adjuvit, pulcherrimas commentationes exercitationesque ingenii, quarum jam conſtat fructus ſane maximus! (2) Quod ſi ea loca libentiſſime inviſere ſolemus, in quibus memoria dignos Viros accepimus multum eſſe verſatos, in omnibusque eorum veluti veſtigiis diligenter perſequendis commovemur plurimum; nae ego conſtitui, uti Romam per Etruriam revertar, quod erit perbrevi, divertere ad Coenobium Camporeenſe, ut locum illum quaſi venerer, unde tantum Religionis, liberalitatis, fortitudinis, ac etiam doctrinarum omnium lumen in Patriam ipſam tuam, in Romanam Eccleſiam, in univerſam Chriſtianam Rempublicam, in me ipſum, meamque religioſam Familiam omnem permanavit. Cave autem putes illo veluti admonitu loci indigere me, quo de te cogitem, Cardinalis ampliſſime; Beneficia enim tua maxima, atque illuſtria, quum mihi ob oculos quotidie verſentur, faciunt ut nunquam de Te non cogitem; ſed cauſa neſcio qua, nos delectat ſpecies hujusmodi locorum, inanis illa quidem, at delectat tamen. Ergo intelligis non poſſe me Coenobio illi Camporeenſi addictum non eſſe plurimum cui debeo ſane plurimum. Sed hac tanta laude, quantam ex Te alumno accepit,

quæ-

(2) Tot enim tantaque ſunt, Quirini Cardinalis Opera, publicam jam in lucem emiſſa, ut vel ipſe illorum Index totum librum impleat, quem Rizardus edidit Brixiæ An. MDCCLII. hoc titulo: *Catalogo delle Opere dell' Emño e Revño Sig. Cardinale Querini uſcite alla luce quaſi tutte da' Torchj di me Gian-Maria Rizardi Stampatore in Breſcia.*

quæque, haud ſcio, an ſit omnium præſtantiſſima, perfruatur; in hac una glorietur maxime, per me licet, nolit tamen ſuo periculo, noſtra vero injuria atque damno de vetuſtate generis nobiſcum contendere.

At ſcribis, quid ad ea monumenta (3) reſpondero, quæ nunc primum in lucem protulit Gallettius Monachus Benedictinus, Vir doctus in primis, ac diligens inveſtigator antiquitatis? Mihi crede Princeps Eminentiſſime, juratus poſſum dicere non ſane deſideraſſe me quid reſponderem: Non enim ſum ex eo genere hominum, qui veluti boves armenta quique ſua, ita ipſi eam temere Familiam ſequuntur, ſeu gregem, in quem compulſi ſunt; ita quidem, ut quicquid ad ejus Familiæ, vel dignitatem, vel rationes pertinet, id ſive verum, ſive falſum ſit, pugnaciſſime defendendum ſuſcipiant; quaſi, ſi ſecus faciant, inexpiabili ſcelere obligentur. Sed omni hoc Tibi ratione confirmare poſſum QUIRINE Cardinalis, me ſemper animum ab hujuſmodi ineptiis, & contentionibus ad rem veritatemque traduxiſſe. Igitur & monumenta illa pervetera, quæ nunc primum Gallettii diligentia publicavit, & antiquiora quæ noſtro in Tabulario habentur, & hiſtoriam rerum noſtrarum, hoc animo ſumpſi in manus interque ſe diligenter contuli, ut quibus inſigniores ineſſent veritatis notæ, ea nulla,

(3) Primam nempe partem Chronici Camporeenſis ab An. MCCCXIII. ad An. MCCCLXIX., quam Vir Doctus Petrus Aloyſius Gallettius Florentinae Abbatiae Bibliothecarius ad Quirinum Cardinalem dedit, isque ſuis in litteris inſeruit, de quibus eſt ſermo.

nulla, nullius rei habita ratione amplecterer, cætera repudiarem. Atque ego ipſe fateor, niſi cauſæ noſtræ prevaricator impudens eſſe, & haberi vellim, debere me, quaſi arcem, defendere noſtræ Stirpis antiquitatem, & quaſi Familiæ nobilitatem (quam S. Hieronymus primum inſtituit, quam ejus Diſcipuli propagarunt; quam Summi Pontifices, & præſertim Gregorius XI., ac Martinus V. amplificarunt, quam demum BENEDICTUS XIV. Pont. Opt. Max., *cujus Sapientiam enarrant Gentes, & laudem ejus* ſemper *enuntiabit Eccleſia*, multis maximiſque cumulavit beneficiis) defendere, inquam, Te ipſo Patrono, ac vindice veritatis Cardinalis doctiſſime, a quo quidem illud deprecabor, ne tua auctoritas in hac cauſſa obſit nobis, quam adeptus es tantam, ut multis prodeſſe poſſit. Quamquam a Te ipſo id quidem facio provocatus gratiſſimis, elegantiſſimiſque iis latinis literis, quas ad me, hac eadem de re ſcripſiſti, ut ni id faciam, Tibi quidem inofficioſus homo, meis autem ingratus, atque indiligens meæ Familiæ Cuſtos videri poſſim.

Primum igitur ea monumenta afferam, in quibus præſidium loco defenſionis meæ, deinde eadem Gallettiana monumenta examinabo perdiligenter, nihilque ad noſtri vetuſtatem generis convellendam facere concludam; Poſtremo quid ad utramque ſententiam conciliandam valeat, explicabo.

Princi-

S. Hieronymus Monachus fuit Eremita,

PRincipio illud ſtatuo S. Hieronymum Monachum hominem, & Anachoreticæ, & Cœnobiticæ vitæ latorem, altorem, amplificatorem fuiſſe, Romæ quidem primum, mox Bethleemi, ubi permulta ſane Monaſteria ædificaſſe conſtat magnis ſumptibus & ſuis, & Paulæ præſertim ſanctiſſimæ illius ac locupletiſſimæ Feminæ, quam habuit ſuorum itinerum ſociam, & alumnam diſciplinæ. Quare, ut Eraſmum, nonnulloſque alios Hieronymiani Monachatus Oſores abunde refellam, do in has ipſas res Teſtes quibus nihil gravius, nihil incorruptius eſſe poteſt; Epiſtolas videlicet Hieronymi ipſas, quæ varie, copioſeque de ſingulis rebus perſcriptæ ſunt, & in quibus ita loquitur, nihil ut magis dilucide, ac certe affirmare potuiſſe videatur. Quid enim ait in Epiſtola II. ad Nepotianum? (antiqua utimur editione Mariani Victorii, qua in adornanda (4) Familiæ meæ ſodales, cujus tunc Patronus erat Moronus Cardinalis, valde laborarunt, & collatis inter ſe vetuſtis Codicibus, atque Eraſmianis exemplaribus deſudarunt plurimum) Quid inquam ait? *Dum eſſem Juvenis, immo pene puer, & primos impetus laſci-*

(4) Antiquam Operum S. Hieronymi editionem noſtrorum Hominum induſtriæ et diligentiæ plurimum deberi, teſtatur ipſemet Editor Marianus Victorius Epiſcopus Reatinus, ea in Epiſtola, quam ad PIUM IV. Pontificem conſcripſit, & Tomo I. præfixit: *Quidquid autem* (inquit) *utilitatis ex hoc opere in Eccleſia exurget, quod quidem erit plurimum, Joanni Morono, ampliſſimo, & abſolutiſſimo Cardinali, magna ex parte omnes adſcribant; qui vir ex prudentia, religione, aliiſque rebus præclare geſtis innumeris tibi notiſſimus, quanti ſit faciendus, ex una tantum Tridentini Concilii abſolutione totus, jam puto, orbis agnovit. Is enim primum* PER MONACHOS SUÆ PROTECTIONI COMMENDATOS; *conferri Hieronymi exemplaria cum Eraſmianis voluit, collata deinde mihi examinanda tradidit.*

Digitized by Google

laſcivientis ætatis Æremi duritia refrenarem &c. Quid in Epiſt. IV. ad Ruſticum Monachum? *Dum eſſem Juvenis & ſolitudinis me deſerta valarent &c.* Quid in XIII. ad Paulinum? *Nos habemus Propoſiti noſtri Principes Paulos, Antonios, Julianos, Hilariones, Macarios . . . . noſter Princeps Elias, noſter Eliſeus, noſtri Duces Filii Prophetarum, qui habitabant in agris, & ſolitudinibus prope fluenta Jordanis.* Quid demum in Epiſt. XXII. ad Euſtochium? *O quoties ego ipſe in Eremo conſtitutus, & in illa vaſta ſolitudine, quae exuſta ſolis ardoribus, horridum Monachis præſtat habitaculum, putabam me romanis intereſſe deliciis.* (5) Vides igitur Hieronymum ſolitarium hominem, atque in Eremo ſancte, parce, ſobrie continenterque viventem.

Atque e Coenobitarum Ordine.

Ecce aliae Hieronymi Epiſtolae ipſum e Coenobitarum Ordine fuiſſe teſtificantes: *Nos in MONASTERIO conſtituti* (ita ſcribit ad Auguſtinum Epiſt. XCVIII.) *variis hinc inde fluctibus quatimur, & peregrinationis moleſtias ſuſtinemus . . . . Sancti Fratres qui nobiſcum in MONASTERIO Domino ſervire feſtinant, oppido te ſalutant.* Habeo Epiſtolam ad eumdem XCII. *Senem latitantem IN CELLULA laceſſere deſine . . . . non enim convenit, ut ab adoleſcentia uſque ad hanc aetatem in MONASTERIO CUM SANCTIS FRATRIBUS labore deſudans aliquid contra Epiſcopum communionis meae ſcribere*

(5) His ſimilia habet Hieronymus in Epiſt. I. ad Heliodorum; in Epiſt. XLI. ad Ruffinum Monachum; in Epiſt. LVIII. ad Damaſum Papam; in Epiſt. LXXVII. ad Marcum Præsbyterum, & alibi paſſim.

Digitized by Google

bere audeam: habeo Epiſtolam XLVII. *Quaſi vero Epiſcopalem Cathedram teneam, & non clauſus* CELLULA, *ac procul a Turbis remotus vel præterita plangam vitia, vel vitare nitar præſentia.* Habeo alteram ad Heliodorum: *Alia Monachorum eſt cauſa, alia Clericorum; Clerici paſcunt Oves, ego paſcor &c.* (6).

Romæ primus Monaſticæ Vitæ Inſtitutor.

Utrum vero dubitari poteſt Hieronymum Romæ Primum, atque adeo in Italia, tum Bethleemi, atque in Paleſtina fuiſſe Monaſticæ vitæ Inſtitutorem fere Principem? At Epiſtolas XVI. ad Principiam Virginem, & XXV. ad Paulam qui legit, is, ſi quem habet hac de re ſcrupulum, evellat neceſſe eſt. *Nulla eo tempore nobilium Fœminarum noverat Romæ propoſitum Monachorum, nec audebat propter rei novitatem ignominioſum, ut tunc putabatur, & vile in populis nomen aſſumere.* (7) Adeo inſolens, & odioſum Romanis erat Monachorum nomen, ut Inſti-

(6) Hieronymi teſtimonia multa fortaſſe nimis afferimus, ut Eraſmi, & aliorum aliquot Ora obſtruamus, qui Sanctum Parentem, neque Monachos inſtituiſſe, neque Monachum vere fuiſſe perfracte aſſeruerunt.

(7) Atque ad ea verba Hieronymus addit: *Hæc* nempe Marcella, *non erubuit profiteri quod Chriſto placere cognoverat. Hanc multos poſt Annos imitata eſt Sophronia & aliæ .... Hujus amicitiis fruita eſt Paulla venerabilis. In hujus cubiculo nutrita Euſtochium virginitatis decus: ut facilis æſtimatio ſit, qualis magiſtra, ubi tales diſcipulæ .... Denique, quum & me Romam cum Sanctis Pontificibus Paulino, & Epiphanio. Eccleſiaſtica traxiſſet neceſſitas .... & verecunde nobilium fœminarum oculos declinarem, ita egit ſecundum Apoſtolum, importune, opportune, ut pudorem meum ſua ſuperaret induſtria ... In noſtrum locum ſtatim audivimus te* (Principiam) *illius adhæſiſſe conſortio... eadem domo, eodem Cubiculo uſam ... Suburbanus ager vobis pro* MONASTERIO *fuit & Rus electum pro ſolitudine; Multoque ita vixiſtis tempore, ut ex imitatione veſtri, converſatione multarum, gauderemus Romam factam Jeroſolymam. Crebra Virginum* MONASTERIA, MONACHORUM *innumerabilis multitudo; ut pro frequentia ſervientium Deo, quod prius ignominiæ fuerat, eſſet poſtea gloriæ.*

tuti novitate offenſi Deos homineſque conteſtantes clamarent: *Quouſque genus deteſtabile Monachorum non Urbe pellitur? non lapidibus obruitur? non præcipitatur in fluctus? Matronam miſerabilem ſeduxerunt, quam, quia Monacha eſſe noluerit, hinc probatur quod nulla Gentilium ita ſuos unquam fleverit Filios.* (8)

Et Bethleemi ubi Monaſteria ædificavit ſuis ſumptibus.

Primum illud Monaſterium, quod Bethleem obſtupuit, a quonam exædificatum fuit, niſi ab Hieronymo, quem (ut ex Epiſt. XXVI. ad Pammachium facile intelligi poteſt) auctorem Pauliniano fratri fuiſſe conſtat, ut ſua omnia venderet in hujuſmodi Ædificationis ſumptus? Ecce Hieronymi verba: *Nos in iſta Provincia ÆDIFICATO MONASTERIO, & diverſorio propter extructo, ne forte & modo Joſeph cum Maria in Bethleem veniens non inveniat hoſpitium, tantis de toto Orbe confluentibus turbis obruimur Monachorum, ut nec cœptum opus deſerere, nec ſupra vires ferre valeamus. Unde quia pene nobis illud de Evangelio contigit, ut futuræ Turris non ante ſupputaremus expenſas, compulſi ſumus fratrem Paullinianum ad Patriam mittere, ut ſemirutas Villulas, quæ barbarorum effugerunt manus, & Parentum communium cenſus venderet; ne cœptum Sanctorum Miniſterium deſerentes, riſum maledicis & æmulis præbeamus.*

Atque etiam Sumptibus S. Paulæ Romanæ.

At non diſſimili mentis robore prædita Fœmina illa Hieronymi ſectatrix, atque itinerum ſocia Paula, eadem ipſa in Civitate quædam alia Monaſteria exædifi-

(8) Ex Hieronymi Epiſtola XXV. ad Paullam De obitu Bleſillæ.

Digitized by Google

dificavit, quo viri & Fœminæ convenirent, qui ſtudio monaſticæ vitæ tenerentur: *In Sancta Betbleem manſura perpetuo, anguſto per Triennium manſit hoſpitiolo, donec extrueret* CELLULAS, AC MONASTERIA, *& diverſorum peregrinorum juxta viam conderet manſiones, in qua Maria, & Joſeph hoſpitium non invenerunt..... Poſt* VIRORUM MONASTERIUM, *quod Viris tradiderat gubernandum, plures Virgines, quas e diverſis Provinciis congregarat, tum nobiles, quam medii, & infimi generis in tres Turmas* MONASTERIAQUE *diviſit, ita dumtaxat ut in Opere, & in cibo ſeparatæ pſalmodiis, & orationibus jungerentur.* Hactenus de Paula Matre Hieronymus in Epiſt. XXVII.

Illuc autem ex omni fere Europa convenerunt ſane plurimi, qui procul a ſtrepitu Hominum, quietem atque taciturnitatem ſolitudinis ſequuti, in contemplatione rerum Divinarum, exercitationibuſque virtutum omne tempus, atque ætates ſuas conſumpſerunt. Illuc & Paulinianus (9) & Euſebius, & Vincentius, & Rufinus, & Pinianus, & infiniti alii (ut Paullam, & Euſto- *Illuc ex omni ferme Europa Monachi convenerunt.*

(9) De Paulliniano conſtat ex Epiſt. XXVI.. *Nos ædificato Monaſterio compulſi ſumus Fratrem Paullinianum in Patriam mittere &c.*

De Euſebio Epiſt. CI. *Erat in Monaſterio noſtro Vir apud ſuos haud ignobilis Euſebius Cremonenſis &c.*

De Vincentio aliiſque ex apologia adverſus Ruffinum: *Menſe auguſto, flantibus Eteſiis, cum S. Vincentio Præsbytero, & adoleſcente Fratre* (Paulliniano) *& aliis Monachis, qui nunc Hieroſolymæ commorantur, Navim in Romano Portu ſecurus aſcendi*, & lib. III. ejuſdem Apologiæ *Vincentius, Paullinianus, Euſebius, Ruffinus &c.*

De Piniano Epiſt. LXXIX. ad Alypium, & Auguſtinum: *Sancti Filii comunes Albina, Pinianus, & Mellania plurimum vos ſalutant. Has litteras de Sancta Betbleem Sancto Præsbytero Innocentio dedi perferendas.*

De aliis demum Epiſt. XCVIII. *Sancti Fratres, qui nobiſcum in Monaſterio Domino ſervire feſtinant &c.*

Euſtochium, Albinam, Melaniam, aliarumque Virginum Chorum ſilentio prætercam) Hieronymiani inſtituti imitatores, quos omnes enumerare ſupervacaneum eſt. Illuc Britanni, & Galli, Armeni, Perſæ, Indi, & Æthiopes, quorum vox quidem diſſona, una autem erat Religio. Sed audiamus Hieronymum ipſum in Epiſt. XVII. ad Marcellam. *Hic.... Monachorum, & Virginum Chorus eſt. Quiqumque in Gallia fuerit primus, huc properat: Diviſus ab Orbe noſtro Britannus, ſi in Religione proceſſerit, occiduo ſole dimiſſo quærit locum fama ſibi tantum, & ſcripturarum relatione cognitum. Quid referamus Armenios, quid Perſas, quid Indiæ, & Æthiopiæ populos, ipſamque, juxta Ægyptum, fertilem Monachorum Pontum, & Cappadociam, Syriam, Cœlen, & Meſopotamiam, cunctaque Orientis examina, quæ.... concurrunt ad hæc loca, & diverſarum nobis virtutum ſpecimen oſtendunt? Vox quidem diſſona, ſed una Religio. Tot pene pſallentium Chori, quot Gentium diverſitates.* (10)

Qui Hieronymianum Inſtitutum ex Bethleemo in omnes fere Orbis partes propagarunt.

Ex Bethleemitico illo Monaſterio, & ex ea Hieronymianæ diſciplinæ ſimilitudine ne dum Paullinianus, & Euſebius Cremonenſis, ſed etiam Joannes Caſſianus, Ruffinus, Pinianus, Pammachius, Paullinus Nolanus, Domnion, & Oceanus; Minervius, & Alexander, aliique permulti extiterunt Sanctiſſimi Viri, quos ejus Monaſticæ Vitæ tranquillitas majorem in modum delecta-

(10) Hoc ipſum intelligimus ex Epiſt. XIII. ad Paullinum *De toto huc orbe concurritur &c.* atque ex præfat. lib. VII. in Ezechielem: *Nulla Hora nullumque momentum eſt, in quo non Fratrum occurramus turbis.*

lectavit; atque ita delectavit, ut in omnes ferme Orbis partes illam mirifice propagarint. Sunt aliæ Hieronymi Epiſtolæ, ſententiæ noſtræ Teſtes, quas paulo inferius addam. Hic autem pro tua ſingulari, atque incredibili ſapientia, QUIRINE Cardinalis Ampliſſime, intelligis, quantum novitatis ſpecie homines magis, quam certa aliqua ratione commoveantur, ut minime mirum videri debeat, nullam uſquam fere fuiſſe regionem Orbis Terrarum, quo nova Hieronymi Secta, ut ita dicam, non pervaſerit; præſertim quam tot, tantaque auctoritate diſcipuli late propagaverint.

Et præſertim in Hiſpaniam.

Teſtis eſt Hiſpania primum, ubi permulta (& Barcinonæ præſertim) Monaſteria, more, & inſtituto Hieronymiano exædificata fuiſſe ſatis conſtat (11) Quid? Non ne Paulino Nolano auctores hortatoreſque fuerunt tum Hieronymus (12) tum Euſebius, ut ſua cum Uxore Tharaſia Monaſticam vitam amplecterentur? Quod ille Hiſpanico in ſeceſſu continuo perfecit? *Quia igitur fraterne interogas* (ait Hieronymus ad Paullinum Epiſt. XIII.) *per quam Viam incedere debeas, revelata tecum facie loquar .... ſi cupis eſſe quod diceris Monachus, ideſt ſolus, quid facis in Urbibus, quæ utique non ſunt ſolo-*

(11) Vid. Hermenegildum a S. Paullo lib. Origin. Ordinis noſtri, & Jo: Petrum Creſcentium in Præſidio Romano.

(12) Id facile quisque intelligit ex Hier. Epiſt. VIII. ad Paullinum *Obviis te manibus excipiam, habes hic amantiſſimum tui* FRATREM EUSEBIUM, *qui literarum tuarum mihi gratiam duplicavit referens honeſtatem morum tuorum,* CONTEMPTUM SECULI, *amorem Chriſti ... Feſtina queſo te ... ſi habes in poteſtate rem tuam vende, ſi non habes proice; tollenti tunicam, & pallium relinquendum eſt ... niſi tuas poſſeſſiunculas vendideris, non habet Chriſtus, unde alat pauperes ſuos. Totum Deo dedit qui ſe ipſum obtulit.*

ſolorum habitacula, ſed multorum. Quare celeberrima illa Hiſpaniæ Cœnobia, Servitanum, Dumienſe, & Biclarenſe, quæ longe ante florentiſſima fuerunt, quam S. Benedicti Regula Hiſpanias pervaderet, (uti præ aliis oſtendit Clariſſimus Cennius (13) amicus noſter) Paullini, ejuſque alumnorum ſumptibus, & Hieronymi legibus ſtetiſſe haud levis ſuſpicio eſt. (14)

In Italiam, & quidem Romæ.

Teſtis Italia, quæ permultis Monaſteriis poſtea redundavit; Nonne Marcella, nonne Pammachius Romæ Manachorum hoſpitia ædificaverunt? De Marcella inquit Hieronymus in Epiſt. XVI. ad Principiam *Suburbanus ager vobis pro ſolitudine multoque ita vixiſtis, ut ex imitatione veſtri, gauderemus Romam factam Hieroſolymam*. De Pammachio autem *Romæ conatur exprimere, quod Hieroſolymis Paulla complevit*, & in Epiſt. XXX. *Subito mihi Pammachius meus exoritur.... emit hoſpitium, & ad hoſpitium turba concurrit..... Xenodochium in Portu Romano ſitum totus pariter Mundus audivit. Sub una ætate didicit Britannia, quod Ægiptus & Par-*

(13) Vidé Clariſs. Viri Cajetani Cennii librum de Antiquitate Eccleſiæ Hispanæ, Romæ editum An. 1741. diſſert. VI. Cap. III. quod eſt *de Inſtitutis Monaſteriorum Hiſpaniæ ante Saracenos*.

(14) Et quidem Cennius antedictus diſs. VI. Cap. III. §. XVII. hæc ſcribit. „Monaſticum Inſtitutum nul„lum noſci potuit ab Hispanis, præ„terquam Monachorum Orientis, & „Ægypti. Enim vero ex primis Fun„datoribus Monaſteriorum Martinus „Dumienſis, & Joannes Biclarenſis „quid quid hujusmodi docuerunt Hi„ſpanos Monachos, ipſi in Oriente di„dicerant, ubi diutiſſime verſati, quid „propinarunt iisdem, hauſerant. Do„natus vero, quem paſſim appellant „Parentem inſtituti Monaſtici, quid „aliud afferre poterat in Hiſpanias, „quam Aphricæ Monaſteriorum di„ſciplinam„? Hactenus Cennius.

Porro in Aphricam Hieronymianum etiam Inſtitutum inductum fuiſſe ab Alipio, & Oroſio, quos Auguſtinus iccirco ad Hieronymum miſerat, teſtis eſt Villegas in vita S. Hieronymi.

& Partus noverat Vere &c. In Epiſtola autem XXVI. ad eundem Pammachium ſcripſerat *: nobis poſt dormitionem ſomnumque Paulinæ, Pammachium Monachum, Eccleſia peperit poſthumum.... noſtris temporibus Roma poſſidet, quod Mundus ante neſcivit.... Nunc multi Monachi ſapientes, Potentes, Nobiles, quibus cunctis Pammachius meus ſapientior, potentior, nobilior: Magnus in magnis, primus in primis* ἀρχιστρατηγός *Monachorum &c.* (*)

Antiquos illos Monachos, Monachorumque Parentes, Honoratum, Equitium, aliosque plures, quorum in Dialogis Sanctus Gregorius (15) mentionem luculentam facit, & præſertim Adeodatum, ejuſque alumnum diſciplinæ *Romanum*, a quo ipſe Sanctus Benedictus monaſticam Veſtem accepit (16) vix dubitari poteſt alterius quam Hieronymi diſcipulos fuiſſe; Enim vero Romæ ante S. Hieronymum Monaſticæ diſciplinæ veſtigia fere nulla,

Ubi antiqui Monaci, & Romanus ille a quo S. Benedictus monaſticam veſtem accepit, Benedictini certe non erant.

(*) Vid. Thomaſin vet., & nov. Eccl. Diſcipl. p. 1. lib. III. Cap. XII. n. IV.

(15) S. Gregorius lib. 1. Dialogorum de antiquis Monachis agit; de Honorato, qui Fundis Monaſterium conſtruxerat, *in quo ducentorum ferme Monachorum Pater extitit*; De Equitio, qui in Valeriæ Provincia *multorum Pater extitit Monaſteriorum*; De Nonnoſo, de Anaſtaſio, nonnulliſque aliis, qui ante S. Benedictum monaſticam vitam agentes, B. Hieronymi Inſtitutum perſequuti creduntur; Regulam certe S. Benedicti, quæ tum nulla erat percepiſſe non poterant.

(16) Lib. 2. Dialogorum Idem Gregorius hæc habet: *Monachus quidam Romanus nomine, hunc* (nempe Benedictum) *euntem reperit, quo tenderet requiſivit; cujus quum deſiderium cognoviſſet, & ſecretum tenuit, & adjutorium impendit, eique Sanctæ converſationis habitum tradidit, & in quantum licuit miniſtravit*. Quid? Nonne Baronius aliique magni nominis ſcriptores pluribus argumentis comprobant S. Gregorium minime Benedictinum fuiſſe? Vid. Thomaſin. Vet. & nov. Eccl. diſcipl. par. 1. lib. III. Cap. XXIV. ſ. XII., & ſ. XV.

Digitized by Google

Medio-lani etiã nulla, ut ante diximus. (17) Teſtis Mediolani Civitas, quo Damaſus Pontifex S. Simplicianum ablegavit, *ut & Ambroſium ritus Eccleſiaſticos doceret, & Monachos Romanorum ad exemplar Mediolani inſtitueret*. At hunc quidem, primum, Monachum Hieronymianum mox Ambroſio in Epiſcopatu ſucceſſorem datum fuiſſe conſtat. Tum Cremonæ. (18) Teſtis Cremona, quam Patriam ſuam cariſſimam habuit Euſebius, & multorum ædificatione Monaſteriorum ejus diſcipuli exornarunt. (19) Monaſterium noſtrum S. Savini Placentinum, quos habuit auctores, niſi Conſtantinum, & Pinianum Hieronymi diſcipulos? Et Placentiæ. (20) Legi ego vetuſtiſſima literarum monumenta (21) ex quibus id facile intelligi poteſt; Et exſtat

(17) Pag. IX. ex Hieronymi Epiſt. XVI. ad Principiam, & XXV. ad Paulam.

(18) Vid. Ermenegildum a S. Paulo. Joannem Creſcentium in Præſidio Romano, Siguentiam aliosque.

(19) In additionibus ad Martyrologium Uſuardi legitur ad diem V. Martii: *Euſebii Cremonenſis, qui poſt obitum Hieronymi. quum Monaſterio illius laudabiliter præfuiſſet, & jam Corpus ejus Sepulturæ traderetur, Monachus quidam, qui lumen oculorum amiſerat, oſculatus Corpus ejus viſum recepit*. Vid. Franciſci Ferrarii Vitam S: Euſebii Cremonæ editam An. 1612. Vid. Bolland. Acta SS. Paullum Morigium de Orig Religion., & Emmanuelem Rodericum queſt. 3. Art. 4.

(20) Pinianum Hieronymianæ alumnum diſciplinæ fuiſſe jam diximus n. (9) *Sancti Filii, comunes Albina* PINIANUS, *& Melania plurimum vos ſalutant*. In Martirologio autem Romano S. Piniani memoria recolitur ad diem 31. Decembris: *eodem die Sanctæ Melaniæ junioris quæ cum Viro ſuo Piniano Roma abſcedens, & Hieroſolymam proficiſcens ibi inter Fœminas Deo ſacras; Vir inter Monachos religioſam vitam exercuit, & ambo ſancto fine quieverunt*. De utrisque agit S. Auguſtinus ep. 224., 225., 227., & S. Hier. ep. 79.

(21) Vetuſtiſſimam nempe Membranam ſæculi decimi in Tabulario noſtro S. Savini Placentiæ, cujus titulus: *de hædificatione, & conſecratione veteris Eccleſiæ S. Sabini*; in illa vero hæc habentur · *Conſtantinus &* PINIANUS *qui de Roma fuerunt, hædificaverunt Eccleſiam unam in Placentina* „ ad honorem duodecim A-„ poſtolorum quam conſecravit Beatiſ-„ ſimus Antiſtes Sabinus, cujus Cor-„ pus hic requieſcit cum quinque Cor-„ poribus

Digitized by Google

exſtat in ejuſdem Monaſterii Templo ad Aram Principem Inſcriptio noſtræ index antiquitatis, quæ eſt :

Sacra bb. Commonachorum Pignora

Quæ olim Hieronymiana prole Senescente

(22) Everardus Plac. Episc. concredidit cluniacensibus

Hieronymiani Monachi Alex. VI. Sum. Pon.

sibi iterum vindicantes

Sæpius tandem recognita

Ex inferiori delubro in Aram maximam Transtulere.

C In-

,, poribus Sanctorum, ad ſuum vero ,, latus dexterum requieſcit Sancta Vi- ,, ctoria Virgo ſoror ſua, que fuit Ab- ,, batiſſa Monaſterii S. Michaelis Ar- ,, cangeli in Civitate Placentiæ ad pe- ,, des S. Sabini eſt Altare S. Martini ,, Confeſſoris, & Sancti Euſebii Mo- ,, nachi, cujus Feſtivitas eſt in Con- ,, ceptione S Jo: Baptiſtæ, in alia ve- ,, ro tumba juxta orientem Sepulcrum ,, Sanctorum Victoris, Donini Diaco- ,, ni, & Gelaſii infantis, qui fuit fra ,, ter B. Opilii, cujus corpus requie- ,, ſcit in Baſilica S. Antonini Martiris, ,, ad latera eorum aliud ſepulcrum, ,, ubi requieſcunt tres Monachi Reli- ,, gioſi, ideſt Luchas, Ambroſius. & ,, Privatus In alia vero tumba, con- ,, tra nullam horam Sepulcrum Abba- ,, tis Victorini de iſta Eccleſia, & alii.

,, Ego Maurus humilis Epiſcopus de ,, Lotherio Regno, & propter Angeli- ,, cam juſſionem veni ad præcitatam ,, Civitatem. & ſepelivi Corpus San- ,, cti Savini Epiſcopi 16 Kal. Februa- ,, rii. Iſtud Altare ego conſecravi in ,, ſuum honorem, & Sancti Antonini ,, Martyris pridie nonas Februarii. San- ,, ctum Gelaſium ſepelivi pridie nonas ,, Martii. Sepelivi Corpus S. Victori- ,, ni Diaconi ijdus Madii. Recondivi ,, Corpus S. Donini Diaconi. X. Kal. ,, Januarii migravit de hoc ſeculo Ger- ,, mana Virgo Victoria; poſt obitum ,, eorum, vixit Maurus Epiſcopus An- ,, nis 6. Ego Abbas Effrem, ſepelivi ,, Corpus ejus, juxta Corpus Sancti ,, Sabini in ſiniſtram partem, & ſcri- ,, pſi mea manu. & condivi hic. non ,, veni legem ſolvere, ſed Adimplere ,, nemo coronabitur, niſi qui legitime ,, certaverit. Anno incarnationis Do- ,, mini 447.

(22) Everardus Placentiæ Epiſcopus, qui Bernardo ſucceſſit Anno DCCCXCIII., quique Cœnobium noſtrum S. Savini Placentinum denuo exædificavit, in eoque Cluniacenſes Monachos collocavit quod antea Domicilium fuerat Monachorum Hieronymianæ Familiæ. Vid. Ughellium Ital. Sacr. de Epiſcopis Placent.

Digitized by Google

Item in Galliam.

Intueamur Galliæ Monaſteria, quæ vetuſtatis fama floruerunt, atqui ea fere tota a S. Hieronymi diſcipulis vel fundata, vel adminiſtrata fuiſſe reperimus. Stetit olim Lirinenſe Monaſterium celeberrimum Apodemii, Severi Sulpitii, & præſertim Johannis Caſſiani, qui Bethleemiticus ſane Monachus fuit (23) inſtitutis, & legibus ſervandis, & quaſi veſtigiis perſequendis (24). Minervius & Alexander Monachorum in Gallia

(23) Ut facile quisque intelliget ex ejusdem Caſſiani lib. III. de Origin. Monach. cap. V. ubi inquit: *Sciendum tamen, hanc matutinam* (horam) *quæ nunc obſervatur in occiduis vel maxime regionibus, primitus inſtitutam ubi Dominus noſter Jeſus Chriſtus natus ex Virgine humanæ infantiæ incrementa ſuſcipere dignatus*, NOSTRAM QUOQUE ADHUC IN RELIGIONE TENERAM INFANTIAM SUA GRATIA CONFIRMAVIT. Quod de Bethelemitico Cœnobio accipiendum eſſe vix dubitare poſſumus. De horis autem Canonicis, quas B. Parens Hieronymus primum inſtituiſſe fertur, audiendus Honorius Auguſtodonenſis in libro de concordia divinorum officiorum, cujus hæc ſunt verba: „ Olim Divinum
„ officium in Catholica Eccleſia Chri-
„ ſti peragebatur, pro ut cuiq. bonum
„ videbatur, ſed poſteaquam unitas
„ Eccleſiæ Chriſti coepit multiformi-
„ ter ab hæreticis Scindi, & a Schisma-
„ ticis multipliciter in diverſa conven-
„ ticula findi, Beatæ memoriæ Theo-
„ doſius Imperator Synodum Conſtan-
„ tinopoli congregavit, omnes hæreſes
„ damnavit, divinum officium ordina-
„ ri a Synodo humiliter poſtulavit.
„ Quod negotium tunc temporis Da-
„ maſus Papa Romanus SANCTO HIE-
„ RONYMO Præsbytero in profanis, &
„ Sacris Scripturis eruditiſſimo injun-
„ gere dignum judicavit. Sanctus itaq.
„ HIERONYMUS Præsbyter conſtitu-
„ tus in Bethlehem Civitatula, ubi
„ Dominus, & Salvator Mundi naſci
„ voluit, Pſalmos ad nocturnos, &
„ ad reliquas horas ſapienter diſtribuit:
„ ſicut & hodie Sancta Catholica Ec-
„ cleſia Chriſti pſallit. Poſtquam ergo
„ Dominus Papa diſpoſitionem divini
„ officii a SANCTO HIERONYMO Præ-
„ sbytero, eleganter editam accepit,
„ Collegium collegit, ac ubiq. ſic can-
„ tari præcepit.

(24) Hinc Paullus Antonius Ranzeus inſignis jam Bononiæ Doctor, ac Familiæ noſtræ alumnus, & Scriptor non contemnendus in Monumentis ordinis S. Hieronymi hæc habet: „ Di-
„ vi Hieronymi Monaſticæ vitæ in-
„ ſtitutio in Galliam, & Celeberimum
„ Lirinenſe Monaſterium a Joanne
„ Caſſiano, cujus tenera in Religione
„ infantia in Monaſterio Bethleemitico
„ roborata eſt, & a Severo Sulpicio,
„ Apodemio, & aliis ad eumdem Cœ-
„ nobitarum Patriarcham, tanquam ad
„ Oraculum confluentibus illuſtribus
„ tribus Viris, Monachiſq. ad propria un-
„ de venerant loca, cœnobiaq. reverten-
„ tibus. eo translata fuit „ Vid. Jo: Petrum Creſcentium in Præſidio Romano lib. 1. narratione IX. ſ. 18. pag. 395.

Digitized by Google

Gallia Principes & Duces, illi iidem ſunt, ad quos S. Hieronymus Epiſtolam ſcripſit CLII. ſuoſque miſit commentarios (25). Siſinium, alium Gallici *Monachiſmi* (liceat jam vel invitis Grammatiſtis fabbricari verba, quæ rem clarius demonſtrant) Monachiſmi, inquam, Gallici fautorem atque amplificatorem ab Exſuperio in Paleſtinam miſſum *cum ingenti pecunia, quæ Paleſtinæ Monachis ad vitam ſubſidia miniſtraret*, teſtis eſt idem Hieronymus (26)*: ultimo jam Autumni tempore* FRATER NOSTER *Filius tuus* SISINIUS MONACHUS*, tuæ mihi dignationis epiſtolam reddidit, qua lecta gaviſus ſum eſſe te ſoſpitem, & memorem mei, omniumque Fratrum, qui in Sanctis locis Domino ſerviunt, in quorum refrigeriis facis tibi amicos de iniquo mamona.*

Habuit Scotia, habuit Irlandia, habuit Anglia fundatores Monaſteriorum ſuos. Quos autem? Certe ejuſmodi, ut ſi Hieronymi Epiſtolas (27) Si Bedæ Hiſtoriam Anglicanam (28) ſi Binghami Origines eccleſiaſticas

In Scotiam Hirlandiam & Angliam.

(25) Commentarios nempe in Malachiam Prophetam, ut ipſe idem Hieronymus teſtis eſt in præfatione: *Exſuperio Toloſanæ Eccleſiæ Pontifici Zachariam, & ejusdem Urbis Minervio, & Alexandro Monachis Malachiam Prophetam interpretatus ſum.*

(26 Hieronymus in præfatione Commentariorum in Zachariam Prophetam.

(27) Hieronymi Epiſtolas nempe XVII. ad Marcellam ubi inquit: *Divisus ab Orbe noſtro* BRITANNUS, *ſi in Religione proceſſerit &c.* ut ante diximus pag. XII. & Epiſt. XXX ad Oceanum: *Sub una Æſtate didicit* BRITANNIA *quod Ægyptus, & Parthus noverat Vere*, uti pag. XIV.

(28) V. Beda hiſtor. Anglor. lib. II. Cap. II. celeberrimum commemorat in Anglia Bangorienſe Monaſterium longe antequam Benedictini labente ſeculo ſexto in Britanniam venirent cum Auguſtino Monaco, & vetuſtiora Cœnobia a Saxonibus extructa occuparent. *In Monaſterio Bancor,*

ſticas (29) conſulas, eos ex Oriente, Ægipto, & Paleſtina, adeoque ex Hieronymi ſchola extitiſſe intelligas (**). Dempſterius qui gentis Scotorum hiſtoriam ſcripſit valde bonam, Monachos Bethlemiticos Hieronymi ſectatores fuiſſe in Scotia ad An. uſque MCCCLIV. teſtatur: *Donatus Grantus Bethleemita in Scotia recte ſenſit .... fuit hic Eremita Ordinis S. Hieronymi ad Fanum S. Germani in Scotia profeſſus, & illi Patres apud Noſtrates Bethleemitæ audiunt* [30] Quinimmo V. Luppus noſtræ reſtitutor Familiæ in Regionibus etiam Panoniæ, & Dalmatiæ ad ſua uſque tempora Monachos Hieronymianos fuiſſe commemorat, ſupplici in libello, quem Martino Papæ V., Sacroquæ Rom. Eccl. Cardinalium Collegio obtulit: *Nonne etiam hodie* [anno videlicet MCCCCXXIX.] *in partibus Panoniæ, Dalmatiæ, & Greciæ ſunt plura Monaſteria Monachorum S. Hieronymi, licet aſſeritur, quod non vivunt in illa ſtricta, & debita obſervantia, in qua deberent eſſe?* [31] Nec mirum; In Dalmatia namque Monaſteria extru-

In Panoniam & Dalmatiam atque in Greciam.

cor, inquit ille, *tantus fertur fuiſſe numerus Monachorum, ut quum in ſeptem portiones eſſet cum præpoſitis ſibi Rectoribus Monaſterium diviſum, nulla harum portio minus quam trecentos homines haberet.*

(29) Joſeph Binghamus Origin. Eccleſiaſt. lib. VII cap. II. §. XIII. plura alia Monaſteria enumerat in Hiberniam, & Britanniam propagata, antequam illas Regiones pervaderet S. Benedicti Regula.

(**) Baronius enim innotis ad Martirologium Romanum Hieronymi & Pachomii in Ægipto Inſtitutum Monaſticum, unum idemque fuiſſe arbitratur.

(30) Thomæ Dempſterii Hiſtoria Eccleſiaſtica Gentis Scotorum lib. VII. edit. Bononiæ An. 1627.

(31) Ex Opuſculo V. Lupi de Olmeto, quod a noſtris vocatur Epilogus, cujus initium hoc ipſum eſt: *Chriſti Vicario Beatiſſimo Papæ Martino V.*

extruxerat Julianus ille ad quem Hieronymus ſcripſit Epiſtolam XXXIV. [32].

Calamitates Monaſteriorum Bethlemi & Paleſtinæ.

Neque vero ſum neſcius quas calamitates Barbari Monaſteriis Bethleemi intulerint, quam effecerint vaſtitatem. Dolet miſere S. Hieronymus ea epiſtola, quam ad Oceanum conſcripſit [33] *Ecce ſubito diſcurrentibus Nuntiis Oriens totus intremuit ab ultima Meotide ..... erupiſſe Hunnorum examina..... non Religioni, non dignitatibus, non ætati parcebant..... Tunc & nos compulſi ſumus parare Naves, eſſe in litore adventum hoſtium præcavere, & ſævientibus ventis magis Barbaros metuere, quam naufragium, non tam propriæ ſaluti, quam Virginum caſtimoniæ providentes &c.*

Et Barbarorum crudelitas ſexto maxime ſeculo.

Sed importuna Barbarorum crudelitas erupit ſexto maxime ſeculo ad perniciem Monaſteriorum Duce & Signifero Saracenorum Alemundaro, qui Monachos Hieronymianos ſane plurimos morte crudeliſſima affecit. Horum Chriſti Martirum peronorifica fit commemoratio in Martirologio Romano ad diem XIX. Februarii: *In Paleſtina commemoratio Sanctorum Monachorum, & aliorum Martyrum, qui a Saracenis ſub Duce Alemundaro ob fidem Chriſti ſæviſſime cæſi ſunt.*

An

ro V. Sanctoque Cardinalium Reverendiſſimorum Collegio Frater Lupus de Olmeto Propoſitus Generalis Ordinis Monachorum Heremitarum S. Hieronymi. Veram pacem in qua Criſtus vivit & ſempiternam Deo fruitionem. Plangit Bethleem Mater Filium ſuum Hieronymum &c. habetur in Tabulario Cœnobi noſtri S. Savini Placentiæ.

(32) Divus Hieronymus in epiſt. 34. ad Julianum hæc ſcribit: *Extruis* MONASTERIA *& multus a te per inſulas Dalmatiæ Sanctorum numerus ſuſtentatur .... Sed Te nolim inter ſeculares eſſe Monachum, & inter Monachos Secularem.*

(33) Divus Hieronymus in epiſt. XXX ad Oceanum de morte Fabiolæ.

An vero tanta crudelitate vexata, violata, perturbata Hieronymianorum ſecta jacuit? Nil certe minus. Exciſa eſt non evulſa, [34] quippe quæ altioribus ſubnixa radicibus, quam forte quiſquam putat. Ex ea ipſa veluti arbore antiquiſſima accepit ſurculos Italia quos propagavit mirum in modum ut ante dixi. Quid? noſtrum, noſtrum inquam *Hoſpitaletti* Monaſterium Surculus eſt ac propago quædam Hieronymianæ diſciplinæ. Neque hoc mirum cuiquam videri debet ſi continentem hiſtoriam temporum meminerit. Illud mirum potius, cur non plerique omnes Monachi Hieronymiani vocarentur? [35] Sed temporibus illis nulli Monachi ab Inſtitutore ſuo nomen acceperant. *Quod ſi qui poſtea mos viguit, Monachos ab Inſtitutore, vel inſtitutionis loco denominandi, tunc quoque in uſu ille fuiſſet, univerſi totius Orbis Monachi vel Hieronymiani, vel*

Exciſa quidem non evulſa Hieronymianorum ſecta.

Antiquis temporibus nulli Monachi ab Inſtitutore ſuo nomen acceperant.

(34) Nam ut optime animadvertit S. Dionyſius Chartuſianus. *Quum cæteri Ordines univerſi tam tranſmarini, videlicet Ordo magni Antonii, Ordo Sancti Pacomii, Ordo Divini Baſilii, ſed &* ORDO GLORIOSI HIERONYMI: *Ordines quoque Critramarini, proh dolor! ſint vehementer colapſi, quamvis interim pro parte reformati: attamen ordo Carthuſienſis hucuſque ſpecialiſſima Dei gratia in ſuo permanſit, ac manet vigore.* Ex opuſculis Divi Dionyſii Carthuſ. lib. I. art. VIII. de præconio, ſive laude Ordinis Chartuſiani. In ipſo autem Betheleemi Cœnobio, poſtmodum monaſticam veſtem accepiſſe S. Simeonem, qui ſupremum diem obiit Anno MXXXV., ejuſdem acta teſtantur: *Bethleem Civitatem Chriſti præclaram adiit, ſeque in Monaſterium S. Mariæ admitti expetiit, quod & obtinuit.* Vide Surium Tom. III. ad diem 1. Junij.

(35) Hinc jure merito Pariſettus ille J. U. D., & jam Moroni Cardinalis Auditor quem vocant, animadvertit quod „ multi præclari, ac peritiſſimi Viri ſummopere admirantur „ cur omnes Monachi non habeant „ potius denominationem a S. Hieronymo antiquiſſimo Monacho, quam „ ab alio Sancto, cum fuerit ipſe San„ ctiſſimus quidem Abbas, & norma „ Monachorum, a quo fere omnes do„ ctrinam Monachalem receperunt, „ Vid. Creſcentium præſid. rom. lib. 1. n. 19.

ni, vel Bethleemite nuncupati fuiſſent, uti animadvertit Ranzeus noſter. [36] Erant in Eccleſia Ordines ſane duo; alter clericorum, Monachorum alter; ut neque jam Antonii, Hilarionis, Maccarii, Baſilii, Hieronymi, ſed Ægipti, Thebaidis, Ponti, Orientis, & Paleſtinæ Monachi nominabantur. [37] Neque ante Carolum Magnum quod Thomaſinus [38] quod Binghamus [39] quod Cennius [40] aliique ſatis ſuperque declarant, facta adhuc erant Monachorum divortia, quæ nunc videmus; & eadem vivendi ratione, & no- Neque ulla Monachorum divortia.

(36) *Ranzeus noſter* de quo ante diximus. not. (24)

(37) Quemadmodum copioſe diſſerit Thomaſinus Vet., & nov. Eccleſ. diſcipl. parte 1. lib. III. Cap. 16. n. XIII. *Unus enim Monaſticbus erat Ordo, quem non dividerint, niſi variæ Regiones, in quas Cœnobia diſſeminata erant. Ita legimus frequentiſſime Monachos Ægipti, Paleſtinæ, Orientis, Thebaidis, Meſopotamiæ. Unus Hieronymus eorum omnium exempla ſuppeditat: raro autem Monachos leges Antonii, Ilarionis, Macarii, nec Baſilii quidem, ſed Ponti. Ita Exarchi, ſeu Generales in Ditione ſua habebant omnia ſuæ Religionis Monaſteria, nulla ratione habita regularum, quod omnes omnibus Regulæ eſſent propoſitæ, & ſi non omnes, ab omnibus æque obſervarentur. Hi ergo Exarchi, ſeu Generales, quam frequentes in Oriente, tam erant in Occidente infrequentes*. Quinimmo ex S. Benedicti Regula Binghamus obſervat „ ipſum nec Monachos „ ſuos nomine ſuo appellari, vel pro „ novo Ordine haberi, multo minus tot „ novos Ordines inde derivari voluiſſe. Orig. Eccleſiaſt. lib. VII. Cap. 11.

(38) Tomaſinus antedictus p. 1. lib. III. Cap. XXIV. n. IX., qui præcæteris ait „ nullæ tunc adhuc in Occidente, propriæ Monachorum Congregationes erant, quarum aliæ alias „ deglutire poſſent. Sui tunc juris erant omnia Monaſteria ..... Monachorum omnium unus erat Ordo a „ Clero, & Populo diſcretus, nequaquam vero in plures ipſe Monaſticos Ordines ſcindebatur.

(39) Binghamus Originum Eccleſiaſticarum lib. VII. Cap. II. § XII. „ Manifeſtum eſt Monachos tempore „ Benedicti in multos diverſos Ordines „ in Eccleſia Occidentali admiſſos, ſe „ ſe non diſtinxiſſe.

(40) Vir Clariſs. Cajetanus Cennius de antiquitate Eccleſiæ Hiſpanæ diſſert. VI. Cap. III. ubi agit de Regula S. Benedicti, quam in Hiſpaniis cognitam non fuiſſe contendit ante nonum ſeculum n. 2. inquit, *cæterum aquam tundit qui inter Monachos. & Monachos putat diſcrimen aliquod reperiri*.

Nullæ Regulæ univerſales præter Evangelium.

& nomine ipſo congruebant. Itaque nullæ univerſales regulæ præter Jeſu Chriſti Evangelium *Primaria ſane, & quaſi fundamentalis Monachorum Regula Evangelium erat*, quod jam notavit Clariſſimus Luccas Holſtennius. [41] *Regulæ particulares nihil niſi ejus primæ ac univerſalis regulæ applicationes aut declarationes, locis & Perſonis plerumque aptæ habebantur. Quod adeo verum eſt, ut ne ipſe quidem S. BENEDICTUS QUI ANTIQUUM, QUEM REPERIT IN ECCLESIA MONASTICUM ORDINEM SUSCEPIT, EXCOLUIT, DILATAVIT, regulam univerſalem ſuis ubique omnibus promulgaverit, ſed peculiarem dumtaxat Caſſinenſi Cœnobio, cui præerat.* Quare ſi quis ex me quærat, quam ſcriptam habuerint noſtri Monachi præcipuam vivendi regulam & normam, ei oſtendo Hieronymi Epiſtolas, oſtendo Pachomii Regulam ab ipſo latine translatam, [*] oſtendo Commentarios, oſtendo volumina pleniſſima Sanctitatis, & Doctrinæ, atque hinc nobis ſumenda eſſe exempla vivendi denuntio. Hinc majores noſtri, hinc Carthuſiani Ordinis Inſtitutores ſuam ſumpſerunt vivendi rationem, ut nullam iccirco regulam ſibi imitandam propoſuerint, nullaque Statuta ante Guigonem V. propterea quod *in Epiſtolis B. Hieronymi* [ut ait ipſe Guigo] *omnia pene quæ hic religioſe agere conſuevimus, contineri cre-*

Regula S. Benedicti peculiaris Cœnobii Caſſinenſis.

Regula S. Hieronymi in ejus Epiſtolis & Commentariis.

(41) Luccas Holſtennius in Diſſertatione Proemiali ad Codicem Regularum Cap. III. Editionis Romanæ An. 1661.

(*) S. Pachomius Regulam Monachorum ſcripſit, quam Angelo dictante didicerat. Hanc autem Ægyptiace ſcriptam, translatam in Grecum latine reddidit S Hieronymus, rogante Silvano Monacho, uti ex Baronio in notis ad Martirolog. Rom. ad diem 14. Maji.

ri credebamus. Quod adeo verum eſt ut neque ipſi Benedictini Scriptores maximi nominis Bivarius [42] & Mabillonus [43] a nobis diſſentiant.

Quamquam neque nobis defuit Hieronymiana *Regula*, quam B. Luppus ex Hieronymi libris compoſuit, & collegit in unum [44] quam Martinus Papa V. *regularem, & Monachalem obſervantiam per ipſum S. Hieronymum in vita ejus obſervatam vocavit* [45], quam apoſtolica ipſe auctoritate comprobavit [46] quam

Ex quibus illam in unum collegit B. Lupus quam Martinus Papa V. comprobavit.

d deni-

(42) Franciſcus Bivarius de Veteri Monachatu Tom. 2. lib. 4. Cap. IV. §. 1. ait „ Hieronymum ut univerſalis Eccleſiæ, ita & Monachorum præcipuum veneramur Doctorem, *Inſtitutoremque* .... quod ſpectat ad ejus Monachatum non ita ſuos „ verbo tenus inſtiuebat Monachos, „ ut eis nullibi ſcripſerit inſtitutiones, „ quin potius omnes fere ejus Epiſtolæ, & commentarii has ipſas ſpirant; „ ut merito Carthuſianorum Parens „ ſuam docturus ſodalitatem a dictandis „ abſtinuerit Regulis, quod Divi Hieronymi Scripta & S. Benedicti „ Regula, quidquid ad ejus inſtitutionem neceſſarium videretur, ſatis ſuperque ellucidatum cunctis redderent.

(43) Joannes Mabilonius præf. II. in ſeculum VI. Bened. §. X. hac de re eadem ſentit, & affirmat ac Bivarius.

(44) Regula iſthæc a B. Lupo ex Hieronymi Epiſtolis in unum collecta habetur Tomo nono operum S. Hieronymi Editionis Mariani Victorii, in quam noſtri deſudarunt plurimum, uti diximus pag. VIII. n. (4) Regulæ Monachorum titulo ibi prænotatur, de qua idem Marianus Victorius hæc habet „ Hanc Regulam „ Monachorum ex veris Divi Hieronymi Sententiis collectam eſſe, nemo „ qui in ejus lectione verſatus eſt, inficiari poteſt. Ita autem apoſite, congruenterque in unum eas Lupus „ De Olmeto connexuit, ut non aliter quam hic legis, fudiſſe eas Hieronymum exiſtimare poſſis... Multis igitur laudibus dignus eſt Lupus, „ qui ad hominum vitam recte ſanctequè inſtituendam, & Monachorum profeſſionem ſervandam, hæc „ ipſa ex Hieronymo, quem Monachum fuiſſe nemo eſt qui ignoret, „ docte appoſiteque collegit „ Sed & Pius Rubeus Placentinus Supremus olim Familiæ noſtræ moderator eam denuo edidit Comi apud Joannem Angelum Turatum An. MDCXXI. hoc Titulo: *Flores S. Patris Hieronymi &c.*

(45) Vid. infra Vet. Mon. §. XXIII. pag. 87.

(46) Diplomata duo Martini Papæ V., quibus Hieronymianam ipſe regulam comprobavit inferius afferimus Vet. Mon. §. XXII., & §. XXIII. pag. 81., & 86.

denique Patres illi Baſileenſes, fortaſſe ſeveriorem, ad novos caſus temporum novorum conſiliorum rationes accomodantes S. Auguſtini legibus temperarunt [47].

Pleraque Monachorum Sodalitia non ante Seculum decimum inſtituta a S. Benedicto nomen, & ſtirpem repetunt.

Quod ſi celebriora Benedictinorum ſodalitia (Caſſinates excipio, quorum tu nunc QUIRINE Optime, tuuſque Collega Tamburinus Cardinalis decus eſtis & ornamentum maximum) Quod ſi illa, inquam, non ante Seculum decimum inſtituta, nihilo tamen minus a Sancto Benedicto ſui ipſorum ſtirpem deducunt, ſane non video cur deducunt, niſi quia ad S. Benedicti regulam ſeverioribus legibus reſtituti, ac revocati ſunt. Uni enim ab Odone (48), alii a Romualdo (49); illi ab Jo: Gualberto (50), iſti a B. Roberto; (51) alii a Silveſtro Guzolino (52), ab Celeſtino

(47) Synodi Baſileenſis Diploma addjicimus Vet. Mon. ſ. XXIV. pag. 90.

(48) *Ab Odone &c.* Prima omnium Congregatio fuit Cluniacenſis, quam Berno primus inſtituit Anno circiter 912., & B. Odo Cluniacenſis Abbas II. adeo inſtauravit, ut primus Cluniacenſis Ordinis Pater haberetur, quemadmodum colligitur ex Petri Vener. lib. 6. ep. 15.: *Odo primus Cluniacenſis Ordinis Pater, qui emortuum jam, & pene ubique ſepultum monaſtici propoſiti fervorem reſuſcitare ſuo conamine aggreſſus eſt.* Ex Biblioth. Clun. pag. 58.

(49) A S. Romualdo originem habuit ſeculo X. Congregatio Camaldulenſis appellata, a loco primariæ Eremi in Aretina Dioeceſi, in vertice Montis Apennini. Ibi enim fundum dederat Maldulus nobilis Aretinus, a quo nomen Camaldulum, quaſi Campus Malduli deductum eſt. Vid. S. Petrum Damiani in Vita B. Romualdi, & Guidonis Grandi Hiſtorici, ac Mathematici, quum viveret inſignis, Diſſertationes Camaldulenſes.

(50) A B. Jo: Gualberto inſtituta fuit Anno MXXX. Monachorum Vallis Umbroſæ Congregatio, quam Summi Pontifices Alexander II. Gregorius VII., & Urbanus II. Apoſtolica auctoritate comprobarunt.

(51) A B. Roberto Moliſmenſi Abbate inſtitutus eſt Anno MXCVIII. Ciſtercienſium Ordo, cujus Caput Ciſtercium in Dioeceſi Cabillonenſi. Vid. Annal. Ciſterc.

(52) A B. Silveſtro Guzolino initium habuit Silveſtrinorum Congregatio Anno MCCXXXI. in Monte Fano, qui proxime abeſt a Fabriano Piceni Opido. Ejus vitam vide apud Surium die 26. Novembris, & Bolland. Acta Sanctorum.

leſtino Pontifice alii (53); alii demum a B. Ptolomeo (54) Sanctiſſimis probatiſque Viris instituti ſunt; quemadmodum & nos a B. Lupo ad Hieronymi leges revocati fuimus; quì igitur Familiæ Stirpem noſtri repetere ab Hieronymo non poterunt, veſtri a Benedicto poterunt?

Cur ergo Hieronymiani ab Hieronymo non repetant?

Verum quum noſtræ Stirpis vetuſtatem, rerumque geſtarum hiſtoriam monumentis tradiderint litterarum Scriptores noſtræ Familiæ non contemnendi, Pius Rubeus,(55) Paullus Ranzeus,(56) Joannes Creſcentius, (57) Joſeph Siguentia,(58) Ermenegildus a S. Paullo,(59) Paullus a S. Nicolao,(60) Emmanuel de Caſtro,(61) aliique plures, ad Monaſterii Hoſpitalet-

d 2 tani

(53) A Celeſtino Pontifice condita eſt Celeſtinornm Congregatio, quæ primum Sancti Spiritus de Sulmona a primario Coenobio vocabatur. Illam Petrus de Morone, qui Pontifex electus Celeſtinus V. dictus eſt, ampliſſimis cumulavit Privilegiis; Diplomate Dat. V. Kal. Sepembris An. 1294., atque etiam Benedictus XI Diplomate Dat. II. Idus Martii An. 1304. Vid. Clementis V. Bullam Canonizationis Celeſtini V.

(54) A B. Bernardo Ptolomeo inſtituta eſt Anno MCCCXIII. Congregatio Monachorum S. Mariæ Montis Oliveti, qui ſibi Socios adſcivit Patritium, & Ambroſium.

(55) Pius Rubeus Commentarios ſcripſit in res geſtas S. Hieronymi, quos edidit Comi An. 1623., & vitam B. Lupi de Olmeto latinam edidit Comi An. MDCXXI. Italicam vero Placentiæ An. 1642.

(56) Paullus Antonius Ranzeus; de quo diximus n. (24) plura reliquit Hieronymianæ Familiæ Monumenta, quæ mss. habentur in Tabulario Hoſpitalettano.

(57) Jo: Petrus Creſcentius in Præſidio Romano Placentiæ edito An. 1648., plura alia ſcripſit, & præſertim de nobilibus Italiæ Familiis.

(58) Joſeph Siguentia in Hiſtoria Ordinis S. Hieronymi.

(59) Ermenegildus a S. Paullo Originem, & Defenſionem Hieronymianam duobus Voluminibus comprehendit. Salamanticæ An. 1678.

(60) Paullus a S. Nicolao Secula Hieronymiana pluribus diſtincta voluminibus conſcripſit.

(61) Emmanuel de Caſtro in Criſi Doxologica Apologetica, & Juridica pro Monachatu Maximi Parentis Hieronymi, Matriti edita. An. 1730.

tani antiquitatem comprobandam venio, quam illi omnes nobis intactam reliquerunt.

Qui diverſa diverſis in Europæ Regionibus Monaſteria fundarunt.

Hic autem Te obſecro, Card. Ampliſs., ut tecum ipſe recolas quæ ante dixi; ex Bethleemitico videlicet Monaſterio, & ex ea Hieronymianæ diſciplinæ ſimilitudine in omnes ferme Orbis partes Monachorum Turmas, quaſi apum examina fuiſſe propagatas (62). Hic animum advertas velim multos repente extitiſſe Hieronymi Sectatores, atque diſcipulos, qui poſt inſignem illam Monaſteriorum direptionem, atque vaſtitatem, quam Barbari in Paleſtina effecerunt, diſpulſi, ac diſſipati, diverſa diverſis in Europæ Regionibus Monaſteria fundarunt, ex iiſdem Hieronymi inſtitutis, quæ cognoverant atque acceperant; Quod omnino veroſimilimum videtur tum mihi, tum auctoribus (63) quibus ad hanc ſententiam uti optimis poſſumus.

Cur

(62) Ut antediximus pag. XVIII. & ſeq. & quidem Jo: Caſſianus antiquiſſimus Rei Monaſticæ Scriptor Baſilium, æque ac Hieronymum Inſtitutores Monachorum fuiſſe teſtatur ea in præfaticne, quam in libros de Inſtitutis Cœnobiorum conſcripſit ad Caſtorem Pontificem, inquit enim: *Super bac re Viri, & vita Nobiles, & ſermone ſcientiaque præclari multa jam opuſcula deſudarunt Sanctum Baſilium, & Hieronymum dico &c.* Quæ verba Vir doctus Alardus Gazæus Monachus Bnedictinus ſuis in Commentariis ad Caſſianum ita interpretatur: „Duos Clariſſimos Eccleſiæ Doctores „nominatim expreſſit, Baſilium, & „Hieronymum, qui paulo ante ejus „ætatem floruerunt; & ille quidem „in Oriente, hic in Occidente Mona„chorum Inſtitutum, & ſcriptis, & „factis mirifice illuſtrarunt, & *propa„garunt*.

(63) Præter Familiæ, & Ordinis noſtri Scriptores, quos ante commemoravimus a n. (55) ad n. (61), conſulat, ſi quis plura velit, Franciſcum Ferrarium in vita S. Euſebii Cremonen.; Bollandi Acta Sanctorum ad diem 5. Martii. Philippum Bergomatem in Supplemento Chronicorum; Marcum Guazium in Chronicis ad An. 1419. Alphonſum Caſarubium in Compendio Privilegiorum; Petrum Felinum

Cur autem verear dicere ex eo Monaſteriorum numero fuiſſe Laudenſe noſtrum, præſertim quum tanta ſit antiquitate præditum, ut ejus Senectutem, & opulentiam duobus prope Seculis ante admirarentur majores noſtri, quam ſuum Camporeenſes Cœnobiolum Anno MCCCXIII. natum eſſe viderent? Habeo tabulas ad ſexdecim amplius hujuſce vetuſtatis teſtes (64) ex quibus ab Anno MCXLIV. ad Annum uſque MCCCLXXIII.; & deinceps ab Anno MCCCCXL ad noſtra tempora minime obſcura continuatio Serieſque Hieronymianæ Familiæ effici poteſt.

Quorum unum eſt Hoſpitaletti Laudenſe Monaſterium ducentos ante annos conditum quam Cœnobiolum della Campora.

Ecce Anno MCXLIV. Palatini Comites Summo ed obſoleto nunc pietatis, & Religionis exemplo, Religioſis hominibus Hoſpitalettani Cœnobii prædia quam maxima offerunt, & dono dant: *perticas decem ſeptem millia octocentum, vel circa Buſcbi, Prathi, Zerbi, Paludis...., quæ bona res, & jura dicti Hoſpitaletti S. Petri de Sena babuit pro ſolemni inſtrumento donationis a nobilibus Dominis Comitibus de Palatino, quæ donatio venerabilis Dominus Prior dicti Monaſterii Hoſpitaletti de Sena inſtrumenta apprebenſionis produxit, & producit rogat. & tract. per publi-*

Cui Palatini Comites prædia multa offerunt Anno 1144.

num in libro de mirabilibus Urbis Romæ, ubi agit de Alexiano Templo; Paullum Morigium de Orig. Religion., Emmanuelem Rodericum in Queſt. Regul. queſt. III. Ar IV., Polidorum Virgilium lib. 7. de Invent. rerum c. 3. Quibus addimus & Severum Sulpitium dialog. 1. de virtutibus Monachorum Orientalium; & B. Petrum Damiani ep. 19., & Barboſam de Jure Eccleſiaſt. c. 41., alioſque plures, quos affert Creſcentius noſter in Præſidio Romano.

(64) Quas nunc primum e Tabulario noſtro emittimus in manus hominum. & inferius apponimus Titulo Vet. Monum. a ſ. 1 ad uſque ſ. XVII. a pag. nempe 1. ad pag. 60.

publicum Notarium Laudenſem anno milleſimo centeſimo quadrageſimo quarto, Indictione decima tertia, die vero lunæ quarto menſis Aprilis, ad quod Inſtrumentum donationis dictæ partes ſuis, & dictis nominibus in totum referuntur, & referunt. (65).

Ecce Anno MCCCXXXVII. Monaſterij bona, curæ diligentiæque ſuæ commiſſa, publicas in tabulas refert *Ven. Vir Dominus Frater Michael de Graſſis Civitatis Papiæ Prior Monaſterii Hoſpitaletti Sancti Petri de Sena* ORDINIS VEN. PATRIS S. HIERONYMI (66).

Et anno 1347. Ecce Comes alter Palatinus Anno MCCCXLVII. qui majorum ſuorum veſtigia perſequutus, avitæque pietatis exempla imitatus, fundum nobis attribuit, ſuumque prædiolum *Zelo devotionis inductus, quam ſemper geſſit, & gerit erga Eccleſiam S. Petri Hoſpitaletti de Sena, ſive erga Fratres dictæ Eccleſiæ, & domum dictæ Eccleſiæ* ORDINIS S. HIERONYMI *Epiſcopatus Laudæ.* (67) Ecce tabulas affero hujuſmodi Prædiorum locationis, & Poſſeſſionis, penſioniſque a noſtris acceptæ anno MCCCLII. (68) Sed & illud exemplum non reticendum gratificationis, & Pietatis, quod Janus ille Vicecomes, Mediolanenſis cum Eccleſiæ tum Imperii Princeps Potentiſſimus, Anno MCCCLIII. nobis exhibuit. Liberali ille Hoſpitio, hoc

Itemque Anno 1352. Janus Vicecomes Mediolani Dominus, & Archiepiſcopus.

ipſo

(65) Vide infra Vet. Monam §. 1. p. 1. §. 3. pag. 9.
(66) Vid. §. II. pag. 2., & ſeq.
(67.) Vid. §. IV. pag. 11., & ſeq.
(68) Vid. §. V. VI., & VII. pag 18., & ſeq. item §. IX. X. XI. XII XIII. XIV., & XV.

ipſo in Cœnobio exceptus, non ante abiit quam Hoſpes Hoſpiti gratificaretur; neque vero munuſculum levidenſe dedit, cujuſmodi quorumdam, ſi quid rependunt, ſolent eſſe munera, ſed ampliſſimum fundum agri Laudenſis *de Pizolano*, & hoc quidem *ob reverentiam, & augmentationem Venerabilis Ordinis, & Religionis, Venerabilis Patris S. Hieronymi, quem Eccleſia Romana, & tota Chriſtiana Religio de ſuis meritis jubilat, & tonat*. (69) O dignam Viro Principe gratificationem! O miram hujuſmodi hominum inopiam! Unum vero te ſemper excipio, Quirine Optime Maxime, cujus liberalitatem prope Divinam, & gratiarum qua poſſum actione proſequar, & benevolentia complectar ſempiterna.

Hanc autem dotem, amplam admodum, & copioſam, quam Eccleſiæ noſtræ Comitum Pietas Palatinorum confecerat; & Jani Vicecomitis Archiepiſcopi benevolentia amplificaverat; quam ad Annum uſque MCCCLXXIII., nulla nos contentione poſſediſſe, teſtes habeo locupletiſſimos, ejus temporis tabulas. Poſtmodum Anno MCCCCLXVIII. Vir Sanctiſſimus *Conſtans de Gazaniga* ſupremus jam Familiæ noſtræ Moderator, adeo imminutam, & potentiorum aviditate direptam, ac diſſipatam doluit eſſe, vix ut tenues priſtinæ opulentiæ reliquias haberet. Sed præſtat ipſum audire loquentem: *Magnifice Domine Ecce coram Deo, quia non mentior, ma dico la verità, nomine meo, & nomi-*

Quorum direptionem dolet Conſtans de Gazaniga Supremus Familiæ noſtræ Moderator.

(69) Vid. §. VIII. pag. 27., & ſeq.

nomine, & vice totius Sacræ Religionis almi Hieronymi..... lo deſolato Monaſtero dell' Oſpedaletto di Lodeſana de dicto Ordine, in queſti tempi per li peccati noſtri, multipliciter afflicto, avendo temporibus preteritis, e per tanto tempo, che non è memoria di perſona vivente in contrario, poſſeduto pacifice li ſuoi beni..... noviſſime vedendo, che dito Monaſtero era atterrito, e tribulato per certe oppreſſioni del dito Monaſtero facte nomine della ducal Camera..... maxime beni DE PIZOLANI*..... n'è parſo fare la preſente informazione, perchè ſi ſapia la veritate &c.* §. XVI. (70).

Sed Bona, & Joan. Galleatius Mediolani Duces reſtituenda curant.

Talia hæc ſenſa mentis, & conſilia, ſic explicata verbis Monaſticæ Simplicitatis, mihi crede, QUIRINE Cardinalis, tanti fuerunt, ut Joannes Galeatius Sfortia Mediolani Dux, Pizolani bona jamdiu direpta, publicata, ſuumque ad Erarium delata, Sanctiſſimo Seni reſtituenda curaret, ſuoque Diplomate ediceret. Ecce affero verba Diplomatis: *Bona, & Johannes Galeaz. Maria Sfortia Vicecomites Duces Mediolani..... Cum informati ſimus de aprenſione alias Camere noſtræ nomine facta de Bonis* DE PIZOLANO, *Agri noſtri Laudenſis, que tenebantur per* VEN. FRATRES HOSPITALETTI *Laudenſis..... decrevimus rationalibus reſpectibus ita nos ſuadentibus, bona prædicta ipſis Fratribus reſtituere; quare tenore præſentium.....præfatis Fratribus Hoſpitaletti, & eorum Monaſterio reſtituimus, & reintegramus, ipſoſque Fratres, & eorum Monaſterium, quo ad ipſa*

(70) Vid. §. XVI. pag. 55., & ſeq.

ipſa bona reponimus in locum , jus , & Statum priſtinum . (71) Jam vero tot tantiſque monumentis, probe intelligis Eminentiſſime Princeps, vel ipſum hoc Hieronymianæ Prolis Laudenſe Cœnobium longe ante fuiſſe, quam de ſuo Camporeenſes Cœnobiolo cogitarent. Quid ad hæc Gallettius? Num his monumentis abroganda fides? Cur igitur adhibenda veſtris? An Tabulæ noſtræ quaſi vinum fugiens ferre vetuſtatem non poſſunt, veſtræ poſſunt?

V. Lupus de Olmeto anti quam S. Hieronymi diſciplinam reſtituit in Monaſteriis aliquot Hiſpaniarum.

Verum enim vero , quum (uti humana plerumque omnia ſolent) ab Hieronymiana diſciplina, Monachi ita degeneraſſent, ut ex ſe ſe nati viderentur , repente extitit Hiſpanus homo, pietate, & Sanctitate morum præſtantiſſimus LUPUS DE OLMETO, qui diffluentem Sancti Hieronymi diſciplinam reſtituendam exiſtimavit legibus ſeverioribus, quas ex Hieronymi libris compoſuerat, & collegerat in unum. Has attulit ad Martinum V. Pont. Max., qui hominem perbenigne excipit, tuetur, auget. (72) Perplura ei tradit Monaſteria moderanda illis iiſdem legibus, quas comprobaverat auctoritate ſua, imprimiſque Hiſpalenſis Diœceſeos illa quinque *S. Hieronymi de Cacalla*, *Sanctæ Mariæ de Barameda*, *Sancti Michaelis de Colle*, *Sanctæ Mariæ de Valle*, *ac Sanctæ Annæ de Tendilla* (73),

e tum

(71) Vid. §. XVII. pag. 58., & ſeq.

(72) Vid. Martini V. Diplomata inferius appoſita §. XXI. XXII. , & XXIII.

(73) Vide Pium Rubeum in Vita Ven. Lupi de Olmeto cap XI. noſtrumque Librum de Templo. & Cœnobio SS. Benifacii, & Alexii Cap. XX. pag. 300. n. (4)

Et S. Alexii, ac S. Petri ad Vincula Romæ.

Itemque Caſtellacii & S. Mariæ de Camporra.

Et S. Iſidori Hiſpalenſis.

tum Romæ Sancti Petri ad Vincula (74); & Alexdanum illud liberalitate tua exædificatum, (75) quoierit, Princeps Eminentiſſime, divinæ Beneficentiæ erga nos, erga Romam ipſam tuæ teſtimonium ſempiternum: Mox & Mediolani ſuburbanum, quod ab Azzio Vicecomite, *Caſtellazzo*, nomen habet (76); & Camporeenſe tuum Sanctæ Mariæ de S. Sepulcro (77); & Iſidorianum noſtrum celeberrimum, quod ab Hiſpali proxime abeſt, [78] cujus amplam Diœceſim, Lupus noſter vir ſane ſummus, Apoſtolica triennium auctoritate adminiſtraverat. [79] Pleraque demum alia, aliis

in Ur-

(74) Monaſterium S. Petri ad Vincula Urbis in Colle Exſquilino noſtris Hieronymianis antea attributum ab Johanne XXIII. Diplomate Dat. Romæ XV. Aprilis Pontif. Anno II. Vid. infra §. XIX. pag. *66*. antiquam deinde Hieronymi diſciplinam a Ven. Lupo reſtitutam accepit Martino V. Pontifice, eamque tenuit ad Annum uſque 1479., quo noſtrum in locum ſuffecti ſunt Canonici Regulares S. Salvatoris, quorum nunc eſt Decus maximum Antonius Andreas Gallus S. R. E. Cardinalis, noſtriq. Alexiani Templi, uti vocant, Titularis. Vide Cap. XV. de Templ., & Coenobio S. Alexii p. 238.

(75) Uti colligitur ex Diplomate Martini V. dat. Romæ apud S. Petrum V. Kal. Maji Pontif. Anno nono, quod afferimus cap. XX. de Templo S. Alexii pag 301.

(*76*) De Cœnobio S. Hieronymi de Caſtellatio, vide infra Diploma Donationis nobis factæ ab Jo: Galleatio Vicecomite Mediolani Duce §. XVIII. p. 60., & Tabulas acceptæ reformationis Ven. Lupi §. XXI. p. *79*., vide etiam ſi lubet epiſtolam II. a nobis editam de Itinere Subalpino pag. XVIII.

(77) *Camporeenſe tuum*; illud enim nunc occupant Benedictini, quod primum Eremitæ Hieronymiani obtinuerunt, & Lupus de Olmeto ad Monaſticam S. Hieronymi diſciplinam reſtituit, uti ex ejus Vita apud Pium Rubeum cap. 14.; deſertum autem a nobis fuit Anno 1438. ob Bellum tunc Florentinis illatum; ut notat Pius Rubeus.

(78) S. Iſidori Monaſterium, Hiſpalenſis Diœceſeos ſuam ad Sodalitatem adjecit V. Lupus, uti ex ejus Vita cap. XIV., & ex Hiſtor. Ord. Joſephi Siguentiæ. Illud autem noſtri Homines poſſederunt ad Annum uſque 1566. quo electus eſt in ejus Præſidem P. D Aloyſius de Caſtro; poſtmodum vero a nobis defecit. & Hieronymianis Guadaluppenſibus unitum fuit, uti ſatis conſtat ex Codice rerum geſtarum in Commitiis majoribus noſtræ Familiæ, in hoc Hoſpitalettano Tabulario.

(*79*) Vide Pium Rubeum in Vita V. Lupi Cap. XIV.

in Urbibus Hieronymianæ ſobolis domicilia, Sancti Parentis diſciplinam, a Beato Lupo reſtitutam acceperunt. [80] Ergo ex antiqua, & effœta, ut ita dicam, Hieronymianæ diſciplinæ arbore noſtram Sodalitatem quaſi ſurculum vides in Hiſpaniam, in Luſitaniam, in Italiam eſſe mirifice propagatam. Laudenſe hoc ipſum Cœnobium [81], cujus ad Martinum V. Lupus mentionem nullam facit; propterea quod deſertum erat eo tempore, ac prope inter mortuum (vaſtitatem enim intulerat Peſtilentia, ut arbitror (82) & direptio Bonorum a Barnabove Vicecomite facta [83] quo

Monaſterium Hoſpitaletti

Cui vaſtitatem intulerunt peſtilentia, & direptio Bonorum a Barnabove facta.

 quis

(80) Pleraque alia, quorum Catalogus habetur in libro de Templo, & Cœnobio SS. Bonifacii, & Alexii Cap. XX. not. 2., & 4. pag. 298., & 300.

(81) Laudenſe Cœnobium quod vocant *l'Oſpedaletto*, in cujus poſſeſſionem Majores noſtri reſtituti fuerunt Synodi Baſileenſis Diplomate Dat. Baſileæ III. Kal. Februarii An. 1439.; Hoc autem comprobatum poſtea fuit ab Eugenio PP. IV. Diplomate altero Dat. Florentiæ An. 1442. VI. Kal. Novembris Pontif. Anno duodecimo. Hæc duo Diplomata habentur in Bullario Hieronymiano, quod nos ipſi ex pluribus Familiæ noſtræ Tabulariis, velut in unum corpus collegimus, quodque Diis juvantibus publicam in lucem emittemus aliquando.

(82) Peſtilentia enim quæ quoquumq invaſit cuncta diſturbat, & diſſipat, Italiam maxime vexavit Annis 1374. 1383., & 1389. quemadmodum ſatis conſtat ex Chronicis Regienſi, & Bononienſi apud Murator. Rer. Ital. Script. T 18. atque ex Edicto Barnabovis Vicecomitis Dat. Mediol. 17. Januarii 1374. *Volumus quod quælibet Perſona, cui naſcentia, vel Broſa veniet, ſtatim exeat Urbem, vel Caſtrum, vel Burgum, in quo fuerit, & vadat ad Campos in Capannis, vel in nemoribus, donec aut moriatur, aut liberetur . . . . Item quod omnia bona tam mobilia, quam immobilia applicentur Cameræ Domini. Item qui aliunde portaverit Epidemiam ſimiliter ejus omnia bona ſint Cameræ Domini, de quibus nulla unquam fiet reſtitutio &c.* apud Murator. uti ſupra pag. 82.

(83) De Barnabovis Vicecomitis Tyrannide, & direptione bonorum ad Monachos, & Monaſteria pertinentium Teſtis omnium locupletiſſimus eſt ipſe Gregorius XI. in litteris, quas affert Rainaldus ad An. 1373. §. 10. „A quattuor Annis quendam Ambroſium „Oſtulanum præpoſitum Monaſterii S. „Barnabæ Mediolanenſis, Ordinis S. „Auguſtini fecit capi, & tam crudeliter torqueri, quod in Equuleo expiravit..... Et tam ipſe Barnabos, „quam Galeaz de Vicecomitibus fra-

„ter

quis in rapacitate avarior, in largitione effuſior fuerit, haud ſcio) deinde tamen eas Lupi leges acceptavit Anno MCCCCXL. (84), deductaque e Caſtellatio Hieronymianorum Colonia, ita ſuccrevit, adolevit, & perfectum eſt, ut Sedes omnium noſtrum Princeps Anno MDXLV. ad hæc uſque tempora fuerit (85); monachoſque alat, & ſuſtentet ad ſexaginta amplius, qui ſeverioribus imbuti Hieronymianæ diſciplinæ præceptis a B. Lupo reſtitutæ, neque indocti ſunt, neque in obeundis ſuſcepti inſtituti muneribus indiligentes.

Tandem Lupi leges accepit, & Sedes omnium noſtrum Princeps eſt.

En ergo ab Hieronymo Eccleſiæ Doctore maximo, nomen & ſtirpem ipſam Familiæ noſtræ haud inaniter deductam? en illam nulla temporum, nulla hominum ſerie interrupta, ab annis amplius ſexcentis ad hæc

Ergo ab Hieronymo nomen, & ipſa Stirps Familiæ haud inaniter deducitur.

„ter ſuus ..:.... quendam Martinum „de Rubeis Præpoſitum Domus Portæ Orientalis Mediolanenſis, Ordinis Humiliatorum..... fecerunt capi, carcerari, ac vinculis ferreis ligari, equuleis ſuſpendi... & tandem „ad Stipites, ſeu palos in platea dictæ Civitatis infixos ligari, & ad „majorem prolixoremque pœnam paulatim ignis incendio concremari. „Rurſus idem Barnabos... ..quendam „Joannem Abbatem de ſuo genere „Vicecomitum Oriundum. & quendam ejus Monachum juſſit, & fecit per ſuos Satelites, coram ſe interfici, & fruſtatim incidi... Et inſuper quendam Fratrem conventualem „Domus Braydæ Mediolanenſis dicti „Ordinis Humiliatorum, in proprio „habitu incedentem ſuſpendi per gulam..... Et inſuper Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, aliiſque Eccleſiarum, & Monaſteriorum „Prælatis.... tallias, & exactiones „intolerabiles impoſuit.... Nonnulla inſuper Caſtra, Villas, Poſſeſſiones, „redditus; & proventus, aliaque bona, nec non jura, & juriſdictiones „nonnullarum eccleſiarum, Monaſteriorum, aliorumque piorum locorum occupavit, & detinet occupata, ac etiam occupari, & detineri fecit, ac facit fructus, redditus, & „proventus percipiens &c.

(84) Acceptavit, tenuit, & tenet in hodiernum diem; adeo ut hic ponant Monaſticæ diſciplinæ rudimenta, qui ad Evangelica ſequenda conſilia vocati ſunt; hicque nobis & vitam ſuam actam, & conſequentem probent, quo Monachi officio. & Hieronymianorum nomine digni habeantur.

(85) Uti ſatis conſtat ex codice rerum geſtarum in Comitiis majoribus Anni 1545., & ſeq.

ad hæc uſque tempora continuatam, propagatamque? Et mihi poſt hac *ingratum non fore* putas, Eminentiſſime Princeps, ſi hanc quaſi Generis nobilitatem a primo Auctore ac Parente Hieronymo repetitam Monumenta nobis auferrent Camporeenſia? *Si ex eiſdem* conſtaret *Ordinis noſtri originem Italiæ omnino adſcribendam eſſe, non vero Bethlemitico Divi Hieronymi ſeceſſui, non Divæ Paulæ inſtitutis?* Si demum *quæcumque de ea origine prodiderunt* antiqui Scriptores, *ceu omnino commentitia habenda eſſent, aut ſaltem ambigua valde & obſcura*? (86).

AT enim Hiſpani, unde Lupus Olmetanus extitit, unde Laudenſe Cœnobium, unde noſtra ſuccrevit ſodalitas a Gregorio XI. juſſi ſunt accipere S. Auguſtini leges, & Camporeenſium vivendi rationem. Do ita fuiſſe; non enim hoc recens inventum, multoque ego ante quam a Gallettio [quem tamen honoris cauſſa nomino] a Gregorio XI. a Martino V. Pontificibus, ab Hiſtoricis omnibus rerum noſtratum, atque a Morero ipſo acceperam. [87] Illud ſane novum, & quod perſuaderi cuiquam nunquam poterit, ex eo ipſo effici quod nos, noſtrumque Laudenſe Monaſterium e Cœnobiolo Camporeenſi ortum, & quaſi procreatum fuerit. Nam ſi majores noſtri a Camporeenſibus monaſticæ vitæ diſciplinam acceperunt; effi-

Neque obeſt quod Majores noſtri S. Auguſtini Regulam acceperint, & Inſtituta Camporeenſium.

(86) Sunt verba Quirinianæ Epiſtolæ quam legeſis infra in Appendice pag. 104.

(87) Vide Moreri *le Grand Dictionajre Hiſtorique* Vocabulo: *Jeronymites &c.*

efficitur fuiſſe quidem antequam acceperunt, & quidem fuiſſe Monachos. Quos autem? Hieronymianos certe appellari, & haberi video in antiquiſſimis monumentis, iiſdemque in litteris Gregorii XI. *Quia ad Beatum Hieronymum Confeſſorem, & Doctorem Eccleſiæ, qui primo incoluit Eremum, & deinde in Monaſterio cum Fratribus perpetuo habitavit, ſpecialem devotionem vos aſſeruiſtis habere, & ſub ipſius venerando vocabulo cupitis nominari, vobis concedimus, quod Fratres, ſeu Eremitæ S. Hieronymi appellari poſſitis* (88).

Nam S. Hieronymum imitati, primum Eremiticā deinde Cœnobiticam vitam egerunt.

Nam quemadmodum Hieronymus Eremum primum incoluit, & *vaſtam illam ſolitudinem, quæ exuſta ſolis ardoribus horridum Monachis præſtat habitaculum*, (89) deinde Bethlemitico in Monaſterio conſtitutus, *cæleſtem quamdam vitæ rationem inſtituit* (90). Sic majores noſtri, ut ne degenerarent a diſciplina Patris, ſed tenerent idem inſtitutum in omnibus, quum diu multumque in Caſtellæ, Legionis, & Portugalliæ Regnis (91) eremiticam vitam egiſſent, in Cœ-

(88) Ex Bulla Gregorii XI. quam e Florentino Tabulario Gallettius eduxit, & Quirinus Cardinalis evulgavit in Monumentis Camporeenſibus epiſt. 1. quam afferimus infra pag. 103

(89) Ex Hieronymi Ep. XXII. ad Euſtochium vid. pag. VIII.

(90) Ex Breviar. Rom. ad diem 30. Septembris.

(91) Quemadmodum ipſemet Gregorius XI. teſtatur in antedicta Bulla: *ſane petitio pro parte veſtra nobis nuper exhibita continebat, quod vos, & nonnulli alii viri tam Clerici, quam laici nobiles, & plebei Regnorum Caſtelle, Legionis, & Portugaliæ, ac partium aliarum* JAM DUDUM *relictis ſæculi pompis, & mundanis divitiis abdicatis, propoſuiſtis, incboaſtis & continuaſtis quandoque plures, & quandoque pauciores in vita Eremitica, ſeu ſolitaria . . . nuper ſaniori ducti conſilio, & firmati propoſito meliori intra Clauſtra veſtrorum pectorum revolventes . . . fore*

in Cœnobiis demum una eſſe voluerunt; quumque in ea tempora incidiſſent Monachorum Sodalitiis illuſtria (92), Sodalitatem ipſi quoque ſuam conſtituere, & Pontificis Maximi auctoritate comprobari, nec non ſibi, ſuiſque quaſi Hieronymi liberis, quæ forent gerenda præſcribi a Gregorio XI. petierunt. Præſcripſit autem Summus Pontifex S. Auguſtini leges, & Hieronymianorum Inſtituta Camporeenſium, verum *propter ſingularem devotionem, quam ad S. Hieronymum ſe habere aſſerebant, quod Fratres Eremitæ Sancti Hieronymi nuncupari poſſent ab eodem Gregorio Papa obtinuerunt.... ſeq. propterea Fratres Ordinis S. Hieronymi nominaverunt, eumdem Sanctum Hieronymum Monachalem vitam obſervaſſe non ignorantes* uti habetur in Diplomate Martini V. Pontificis Maximi (93).

Neque officit, quod Eremitæ Hiſpani Hieronymianam diſciplinam ignoraſſent.

Non me fugit in exemplis aliquot Martinianæ Bullæ illud non deſiderari quod in Archetypo apparet. Sed vide Card. Ampl. quam liberaliter agam. Do tunc Hieronymianos in tanta fuiſſe rerum ignoratione verſatos, ut maximus Hieronymus utrum Monachum aliquando egiſſet; utrum Monachorum Familiam inſtituiſſet, utrum in eam rem quicquam ſcripſiſſet, ne ſuſpicati quidem fuerint: Numquam tamen inducam animum, ut Hieronymianos fuiſſe negem, ne ſi ipſi qui-

fore ſalubrius .... vos alicujus approbatæ Regulæ colligare vinculis .... Regulam B. Auguſtini .... per vos recipi ſuademus.

(92) Sodalitia enim, ſeu Congregationes Monachorum ante ſeculum X. nullæ erant, quæ poſtmodum extiterunt ut diximus n. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. a pag. XXVI. ad pag. XXVII.

(93) Diploma ipſum Martini V. habetur infra §. XX. vid. pag. 73.

quidem negaverunt; quum id videam antiquiſſimis conſignatum monumentis litterarum. Ea nempe eſt vis veritatis, ut contra hominum ignorantiam caliditatem, ſolertiam facile ſe per ſe ipſa defendat. Quamobrem, ut Hieronymianæ Stirpis decus Senectute defloruiſſe concedam, illud quidem extinctum nego. Reliquum erat ſplendidum Hieronymianorum nomen, quod temere illis Monachis impoſitum fuiſſe nemo dicat.

Nam vis veritatis facile ſe per ſe ipſa defendit.

Gregorius XI. Eremitas Hiſpanos ſuaſit, non coegit ut S. Auguſtini Regulam acciperent, & Inſtituta Camporeenſium.

Age vero quid monumenta ipſa valeant, quæ affertis, conſideremus. *Regulam B. Auguſtini ſub qua Domino militabitis* (verba ſunt Gregorii XI. ad Hiſpanos Inſtituti noſtri ſodales) *vobis tenore preſentium ſervandam in habitu, & ſecundum ritum conſtitutiones, cerœmonias, & obſervantiam Fratrum Monaſterii de S. Sepulcro Ordinis ejuſdem S. Auguſtini Florentinæ Diœceſis..... per vos recipi ſuademus*. Suaſit itaque Summus ille Pontifex non coegit majores noſtros, ut Auguſtini leges, & Camporeenſium mores, diſciplinamque imitarentur, quinimmo, ut Hieronymum in Parentis loco colerent, ejuſdemque in inſtitutis perſeverarent, Hieronymianorum nomine auctos ipſos voluit eſſe, & ornatos: *concedimus quod Fratres, ſeu Eremitæ S. Hieronymi appellari poſſitis.... vos ad ſervandum per omnia ritum, conſtitutiones, cerœmonias, & conſuetudinem præfati Monaſterii de S. Sepulcro non* INTENDIMUS COARCTARE, *quinimmo permittimus, ut alias conſtitutiones non diſcrepantes a*

Jure,

Jure, vel prædicta regula, pro ut alias de jure fuerit, de quibus vobis videbitur licite facere valeatis. Noſti enim QUIRINE Cardinalis, quæ tua eſt Eccleſiaſticis præſertim in rebus eruditio ſingularis, Lateranenſis Concilii Decreto cautum ante fuiſſe, ne nova conſtituerentur Monachorum Sodalitia (94), neve *regulam* acciperent, quam Apoſtolica Sedes jam antea non comprobaſſet. Quamobrem, ut ne Sacras leges violaſſe videretur Sapientiſſimus Pontifex, Hieronymianis illis, qui tum ex Eremo in Cœnobium, inque unum veluti Corpus, & ſodalitatem cogi peroptabant, Auguſtinianam *Regulam* recipiendam ſuaſit, & Statuta Camporeenſium.

Quia cautum fuerat Concilio Lateranenſi IV. ne nova conſtituerentur Monachorum Sodalitia.

Nec aliter cum aliis acta res eſt, quæ poſt Synodum Lateranenſem extiterunt Monachorum Familiæ; nam S. Dominici Filiis, illiſque B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum Auguſtiniana Regula præſcripta fuit. Si ergo his, illiſque diſciplinam quiſque ſuam, ſuique Parentis mores imitari, componere, & quaſi coagmentare cum Auguſtiniana Regula fas eſt, quidni de noſtris idem fuerit Hieronymianis, quorum inſtitura Gregorius XI. ſarta, tectaque voluit eſſe?

Nec aliter actum eſt cum S. Dominici Filiis, iiſque B. Mariæ de Mercede.

Dices Auguſtiniana fuiſſe non Hieronymiana Camporeenſium Inſtituta? Primum qui probari hoc po-

f teſt?

(94) In Concilio enim Lateranenſi IV. n. XIII. hæc habentur: *Ne nimia Religionum diverſitas gravem in Eccleſia confuſionem inducat, firmiter prohibemus, ne quis de cætero novam Religionem inveniat, ſed quiquumque voluerit ad Religionem converti unam de approbatis aſſumat. Similiter qui voluerit religioſam Domum fundare de novo, regulam, & inſtitutionem accipiat de Religionibus approbatis.*

Monachi Campo-reenſes Hierony-miani fuerunt, non Auguſtiniani.

teſt? Auctoritate, inquies, Gregorii XI. qui illos majoreſque noſtros vocat *Ordinis S. Auguſtini*. Ego autem vereor ne Dominicanæ Familiæ alumnos, eoſque B. Mariæ de Marcede, Auguſtinianos quis eſſe putet, propterea quod Apoſtolicis in litteris, ob Auguſtini Regulam, *S. Auguſtini Ordinis* appellantur aliquando. Deinde quì in mentem venire potuit Pontifici in Galliis commoranti, ut Hiſpanos homines in Italiam ablegarer, magniſque illos itineribus, Florentiam uſque defatigaret, ſi quicquam aliud cauſæ non erat, niſi ut Auguſtiniana perciperent Inſtituta? An ne multo commodiora fuiſſent florentiſſima quæ tum exiſtebant, in Hiſpaniæ, Galliæque Regnis Auguſtiniana Cœnobia? Quid ergo noſtros Eremitas edocere poterant Camporeenſes, quod Hiſpani, Gallique non poterant? *Ritus* dicitis *conſtitutiones, ceræmonias Monaſterii de S. Sepulcro*. Sit ita ſane; ſed ab antiqua S. Patris Hieronymi diſciplina derivatas. Enim vero Suburbanum illud Florentinum S. Mariæ de S. Sepulcro, cujus quaſi natales Anno MCCCXIII. fuiſſe veſtris ex Annalibus eruitis, Hieronymi legibus ſtetiſſe nos docent Auctores, quibus ad hanc rem uti optimis poſſumus; Siguentia, Rubeus, Creſcentius, Emmanuel de Caſtro, aliique oſtendentes ab Paleſtinæ Monachis, diſcipuliſque Pammachii, qui fuit Hieronymi auditor, Camporeenſes Eremiticæ vitæ præceptis inſtitutos fuiſſe, atque imbutos.

Verum

Et ſi Auguſtiniani fuiſſent, illos tamen ad antiquam S. Hieronymi diſciplinam B. Lupus reſtituendos curavit;

Verum ſi placet, quoniam jam ſatis multa de cauſa, extra cauſam etiam nimis fortaſſe multa diſputavimus, do vobis Auguſtinianos fuiſſe Camporeenſes; do majores noſtros ab ipſis accepiſſe Inſtituta, Ceræmonias, & veſtem ipſam, ita ut ex Hieronymianis repente Auguſtiniani extiterint; Sed accipite quæſo, quid cogitaverit, quid egerit Lupus de Olmeto. Cauſſa namque quamobrem a Martino V. enixe poſtulaverit ſibi ut liceret antiquam B. Hieronymi diſciplinam reſtituere, unumque veluti in Corpus Hieronymianos, tum Hiſpanos tum Italos cogere, ea fuit, quod eos ab Hieronymi, & Paulæ Inſtitutis ita degeneraſſe dolebat, ut ab aliis quaſi Parentibus nati viderentur: *exhibita nobis pro parte Lupi petitio continebat*, ſunt verba Diplomatis Martini V., *quod ..... tam Priores, & Fratres, quam Lupus ipſe numquam verum Ordinem Monachalem S. Hieronymi, quem idem S. Hieronymus cum ſuis Monachis tenuit, & obſervavit .... profeſſi fuerint, tenuerint, aut obſervaverint .... Sed Regulam S. Auguſtini .... Conſtitutiones, & ceræmonias ..... Fratrum Monaſterii de S. Sepulcro ..... a Gregorio XI. impetraverint ...., ac ut ſemotis omnibus Conſcientiarum ſuarum ſcrupulis, quemadmodum nomen habent S. Hieronymi ita etiam opera, & Monachalem vitam imitando, rem & effectum habere mereantur ..... dictum Ordinem tamquam laxiorem dimittere, & ad hujuſmodi verum Ordinem Monachorum Eremitarum S. Hieronymi per opera ut prædicitur*

dicitur imitando tranſire vehementius exoptent .... Nos igitur hujuſmodi ſupplicationibus inclinati &c. [95] Maxima igitur nominis laus fuit, intermortuam S. Hieronymi Familiam quaſi ad lucem evocare, & in priſtino illo ſplendore dignitatis, & nominis ita collocare, ut nemo Familiam a B. Lupo reſtitutam, eam ipſam eſſe negare poſſit, quam Maximus Hieronymus primum inſtituit, niſi ſi quis Lazarum quoq. a morte ſuſcitatum, eum fuiſſe qui antea mortem obierat, inficias ire voluerit. Quare Martinus ipſe V., quem Pontificem Hieronymiani Ordinis aſſertorem, atque reſtitutorem vere poſſumus appellare, noſtram Familiam dixit *Verum Ordinem Monachalem S. Hieronymi, quem videlicet idem Sanctus in Monaſterio una cum ſuis Monachis per magna, & uſque ad ſui obitus tempora tenuit, & obſervavit.* (96).

Utraque & Gallettii & auctoris Sententia conciliatur.

SEd ut finis aliquando ſit, habe, QUIRINE Cardinalis Ampliſſime, quid tota de hac re ego ſentiam. Sic enim exiſtimo primos illos Monachos Hieronymianos, quum antea, tum poſt devaſtata a Barbaris Bethlemitica Monaſteria, diſſipatos alios in Hiſpaniam, in Luſitaniam alios, alios in Italiam, atque alios quidem in alias partes Orbis terrarum erraviſſe; Deinde extitiſſe Viros & doctrinæ, & pietatis laude præſtantes, qui eoſdem Monachos unum in Corpus cogere conati

(95. Vide infra Diploma Martini Papæ V. §. XX. pag. 72. & ſeq.

(96) Ibidem pag. 75, & §. XXII. pag. 82. atq. §. XXIII. pag. 87.

ti ſunt; atque hinc multas exortas eſſe Familias noſtrorum hominum. In primis autem fuiſſe Lupum, qui hoc unum cogitaverit, in hoc diligenter incubuerit, ut quos poterat Monachos Hieronymianos ad leges illas, inſtituta, & quaſi principia revocaret, ex quibus & Hieronymum, & Paullam vixiſſe ſuſpicabatur. Quare ſi qua Familia eſt, quæ a S. Hieronymo originem aliquomodo habuiſſe dici poſſit, da hoc nobis, Card. Ampliſſime, da pervetuſtis monumentis, da vocabulo Hieronymianorum, quo ab antiquiſſimo tempore gloriamur, da ſtudio, & pietati Lupi, qui id curavit unice, ut ne S. Hieronymi Filii degeneres haberemur. Quid igitur de Gallettianis monumentis fiet? Ea quidem hominis induſtriam, ſtudium, diligentiam, peritiam antiquitatis oſtendunt, at quid ad noſtræ Stirpis antiquitatem obſcurandam valeant non video.

Et ſi qua eſt S. Hieronymi Familia, noſtra quidem eſt.

Neque ejus Stirpis antiquitatem obſcurant Monumenta Camporeenſia.

Huc accedit, quod ſi noſtra Familia ortum ſuum referret acceptum Cœnobio Camporeenſi illi, ex quo tu Cardinalis Ampliſſime talis tantuſque Vir extitiſti, habuiſſes cauſſam aliquam tantæ tuæ erga nos liberalitatis, repetitam ab ejuſdem quaſi communitate generis. Hoc autem ſi & tu meminiſti, quæ olim in Epiſtola meo præfixa operi (97) in hanc rem diſputavi, & ego mihi conſtare velim, ailentiri numquam poſſum. Meminiſti enim dictum a me, nullam tibi cauſſam fuiſſe nos tot, tantiſque beneficiis augendi, ornandi, cumulandi, præ-

Altera accedit Cauſſa ex Quirini Cardinalis liberalitate deſumpta.

 ter

(97) Epiſtola nuncupatoria ad Angel. Ma. Quirinum S. R. E. Cardinalem præfixa libro de Templo, & Cœnobio SS. Bonifacii, & Alexii Romæ An. 1752.

ter liberalitatem ipſam tuam. Hoc ſemel, atque iterum teſtor, atque denuncio. Hoc etiam quantum maxime poſſum contendo: nullum fuiſſe genus liberalitatis, quæ in Te virtus elucet maxime, quod cum tua erga nos beneficentia conferri ullo modo poſſit. Nam ut in alios munificus eſſes, atque liberalis cauſſe aliquæ fuerunt; erga nos autem, ut tanta, ac tam eximia liberalitate utereris, nullæ ſuberant cauſſæ, & ſuberant fortaſſe ut minime utereris; Quas quidem ſilentio prætereo, ne a commemoratione tuarum virtutum aberret animus, atque ad ea diſtrahatur, quæ meminiſſe piget. Nihil igitur Camporeenſia monumenta me movent quæ protuliſti, nihil Caput illud Epiſtolæ (98) qua me veluti nimis magnificum illius tuæ in nos liberalitatis prædicatorem pupugiſti leniter, quod nullum aliud abs Te Munificentiæ genus, *ſi loci, ſi temporis ſi Perſonarum ratio habenda ſit* conferendum cum eo videatur, quod abs Te in nos profectum intelligimus.

De Euſtachiano Collegio quid ſentiat Auctor?

Et ex me quæris quid ſentiam de Collegio Euſtachiano (99) quod Sanctiſſime magnificentiſſimeque inſtituiſti? Ego autem Card. Ampl. in hujuſce Collegii ædificatione, immenſa video quid Sapientia tua illa incredibilis, quid efformandi Gregis ſtudium ardentiſſimum, quid Sanctitas Officii Epiſcopalis, quid exempla

(98) Vide infra in Append. Ep. I. pag. 107.

(99 De Collegio Euſtachiano diximus in Ep. ad Brixianum Philopatrim Mediolani editam an. 1752., & in ep. nuncupatoria præfixa libro de Templo, & Cœnobio SS. Bonifacii & Alexii Romæ 1752.

exempla Doctiſſimorum Sanctiſſimorumque Cardinalium, quæ ſemper in Ore habes, quid denique doctrina tua eximia, ac prope Divina potuerit; at ædificationem Templi Alexiani totam una ſibi vendicat liberalitas. Quare ampliſſimus ille & genere, & eruditione Senator CORNELIUS laudet Euſtacchiani Operis utilitates ſane maximas, habebit me ſuffragatorem ſibi, modo Teſtimonio de me tuo ſuffragetur. Volo enim Epiſtola illa habeat Sanctiſſimi Teſtimonii vim, non laudationis ornatum. Et tantæ ædificationis me ipſum *Aurigam*, & currum facete (ut ſoles), ac per jocum non dubitas appellare? (100) Tuus eſt Card. Ampl. Currus ille, quem tuo ex ære affabre compactum, eleganterque exornatum negare non potes. Tuus Auriga etiam, qui tuis ſtipendiis, tuis conſiliis, hortationibuſque currum regit. Qua de re niſi tecum ego gratularer, niſi gratias agerem (quod faciam ſemper), ſed mecum ipſe inaniter gloriarer, viderer, quidem ejus Muſcæ ſimilis, quæ ut in Fabellis eſt (101) curru inſidens, ſibi ſtrepitum omnem illum, quem ciebat currus, ſtulta quadam arrogantia tribuebat.

Et de Alexiano Templo?

Cujus Ædificationis quis Auriga fuerit Muſcæ Fabella declaratur.

Quod reliquum eſt P. E. Tibi ago gratias, quod novum Romanum mihi munus a BENEDICTO XIV. PONT. OPT. MAX. beneficii gratiæque cauſſa, nullo meo merito collatum gratularis; Quæ gratulatio eo

Gratiarum actio.

mihi.

(100) Vid. Epiſt. A. M. Card. Quirini in append. pag. 104. & 107.

(101) Vid. Æſopi Phrygis Fabulas Editionis Brixianæ An. MDLXXXIX. apud Polycretum Turlinum, quibus addiectæ ſunt Maceratenſis Fabulæ, & præſertim de Muſca *quæ quadrigis inſidens pulverem ſe excitaſſe dicebat* pag. ibi, 266.

mihi perjucunda accidit, quod erat ſingulari quodam conjuncta judicio de me tuo; quod facio ſane plurimi. Cave autem ne plus benevolentiæ tribuas, quam res ipſa, & veritas exigat. Sive autem Romæ, ſive alibi ego ſim, me tuo in aere eſſe ita exiſtimes velim, ut nihil niſi ad voluntatem tuam facturus ſim. Vale.

Dabam Hoſpitaletti XIV. Kalendas Sextiles MDCCLIV. Poſtridie illius diei, qui dies eſt S. Alexii memoria conſecratus. De hujus autem Sanctiſſimi viri Templo Romano quam meritus ſis Cardinalis Ampliſſime, eſſet hic commemorandi locus. Hoc breve dicam, quod tuam Divinam liberalitatem, quum intuetur, obmuteſcit invidia, ſi qui ſunt Malevolorum; & Poſteritas certe obſtupeſcet. Hoc autem *poſtridie* reſpondet illi alteri, quod Epiſtolæ tuæ elegantiſſime addidiſti (102).

Habes jam Laudenſia monumenta, non illa quidem ea vetuſtate prædita, quam ego vellem, ſed Camporeenſibus certe antiquiora; ex quibus facile intelliges Hieronymianam Familiam, cujus ego nunc Præfecturam obtineo, vel in hoc ipſo Hoſpitalettano Cœnobio ſtabile Domicilium habuiſſe, hoc eſt ducentos ante annos, quam de ſuo Camporeenſes Cœnobiolo cogitarent. Hæc, quam vim habeant te exiſtimare malo, quam me apertius ſcribere. Etiam atque etiam Vale.

Hæreditas noſtra verſa eſt
ad alienos, Domus noſtræ
ad Extraneos. Jeremiæ Lam. C. V.

SYNO-

(102) Epiſtolæ II. Card: Quirini, quam vide infra pag. 114.

SYNOPSIS EPISTOLÆ.

PRoemium, & gratulatio, quod e Cœnobio Camporeenſi QUIRINUS Cardinalis extiterit talis tantuſque Vir. pag. III.
Partitio Epiſtolæ. pag. VI.
Hieronymus Monachus fuit Eremita. pag. VII.
Atque e Cœnobitarum Ordine. pag. VIII.
Romæ primus Monaſticæ Vitæ Inſtitutor. pag. IX.
Mox Bethleemi ubi Monaſteria ædificavit magnis ſumptibus & ſuis. pag. X.
Et Sanctæ Paulæ Romanæ. ibid.
Illuc ex omni fere Europa Monachi convenerunt. pag. XI.
Qui Hieronymianum Inſtitutum in omnes ferme Orbis partes propagarunt. pag. XII.
In Hiſpaniam. pag. XIII.
In Italiam, & quidem Romæ. pag. XIV.
Ubi antiqui Monachi, & Romanus ipſe, a quo S. Benedictus Monaſticam veſtem accepit, Benedictini certe non erant. pag. XV.
Mediolani etiam. pag. XVI.
Tum Cremonæ. ibid.
Et Placentiæ. ibid.
In Galliam. pag. XVIII.
In Scotiam, Hirlandiam & Angliam. pag. XIX.
In Panoniam, & Dalmatiam. pag. XX.
Calamitates Monaſteriorum Bethleemi & Paleſtinæ. pag. XXI.

Et Barbarorum Crudelitas, quæ erupit ſexto maxime ſæculo. ibid.

Exciſa quidem non evulſa Hieronymianorum ſecta. pag. XXII.

Antiquis temporibus nulli Monachi ab Inſtitutore ſuo nomen acceperant. ibid.

Neque ulla Monachorum Divortia. pag. XXIII.

Nullæ Regulæ univerſales præter Evangelium. pag. XXIV.

Regula S. Benedicti peculiaris Cœnobii Caſſinenſis. pag. ibid.

Regula S. Hieronymi in ejus Epiſtolis & Commentariis. ibid.

Ex quibus illam in unum collegit B. Lupus, quam Martinus Papa V. comprobavit. pag. XXV.

Pleraque Monachorum Sodalitia non ante ſæculum decimum inſtituta a S. Benedicto nomen, & Stirpem repetunt. pag. XXVI.

Cur ergo Hieronymiani ab Hieronymo non repetant? pag. XXVII.

Qui diverſa, diverſis in Europæ Regionibus, Monaſteria fundarunt. pag. XXVIII.

Quorum unum eſt Hoſpitaletti Laudenſe Monaſterium ducentos ante annos conditum, quam Cœnobiolum delle Campora. pag. XXIX.

Cui Palatini Comites prædia multa offerunt an. 1144. ibid.

Et Anno 1347. pag. XXX.

Itemque Anno 1352. *Janus Vicecomes Mediolani Dominus, & Archiepiſcopus.* ibid.

Quorum direptionem dolet Conſtans de Gazaniga Supre-

pre-

Digitized by Google

premus Familiæ noſtræ Moderator. pag. xxxi.
Sed Bona, & Jo: Galleatius Mediolani Duces reſtituenda curant. pag. xxxii.
V. Lupus de Olmeto antiquam S. Hieronymi diſciplinam reſtituit in Monaſteriis aliquot Hiſpaniarum. pag. xxxiii.
Et S. Alexii, ac S. Petri ad Vincula Romæ. pag. xxxiv.
Itemque Caſtellatii, & S. Mariæ de Campora. ibid.
Et S. Iſidori Hiſpalenſis. ibid.
Monaſterium Hoſpitaletti. pag. xxxv.
Cui vaſtitatem intulerunt peſtilentia, & direptio Bonorum a Barnabove facta. ibid.
Tandem Lupi leges accepit & ſedes omnium noſtrum Princeps eſt. pag. xxxvi.
Ergo ab Hieronymo nomen, & ipſa Stirps Familiæ haud inaniter deducitur. ibid.
Neque obeſt quod Majores noſtri S. Auguſtini Regulam acceperint, & Inſtituta Camporeenſium. pag. xxxvii.
Nam S. Hieronymum imitati primum Eremiticam deinde Cœnobiticam Vitam egerunt. pag. xxxviii.
Neque officit quod Eremitæ Hiſpani Hieronymianam diſciplinam ignoraſſent. pag. xxxix.
Nam vis veritatis facile ſe per ſe ipſa defendit. pag. xl.
Gregorius XI. Eremitas Hiſpanos ſuaſit, non coegit, ut S. Auguſtini Regulam acciperent, & Inſtituta Camporeenſium. ibid.
Quia cautum fuerat Concilio Lateranenſi IV. ne nova conſtituerentur Monachorum ſodalitia. pag. xli.

Nec

Nec aliter actum eſt cum S. Dominici Filiis, iiſquè B. Mariæ de Mercede. pag. ibid.

Monachi Camporeenſes Hieronymiani fuerunt, non Auguſtiniani. pag. XLII.

Et ſi Auguſtiniani fuiſſent illos tamen ad antiquam S. Hieronymi diſciplinam B. Lupus reſtituendos curavit. pag. XLIII.

Utraque & Gallettii, & Auctoris Sententia conciliatur. pag. XLIV.

Et ſi qua eſt S. Hieronymi Familia, noſtra quidem eſt. pag. XLV.

Neque ejus Stirpis antiquitatem obſcurant monumenta Camporeenſia. ibid.

Altera accedit Cauſſa ex QUIRINI *Cardinalis liberalitate deſumpta.* pag. ibid

De Euſtachiano Collegio quid ſentiat Auctor. pag. XLVI.

Et de Alexiano Templo? pag. XLVII.

Cujus ædificationis quis auriga fuerit Muſcæ Fabellà declaratur. ibid.

Gratiarum Actio. ibid.

Exempla ex vetere memoria & Monumentis plena dignitatis, plena antiquitatis plurimum ſolent & auctoritatis habere ad probandum & Jucunditatis ad audiendum.

Cic. Act. V. in Verrem.

HIERO-

HIERONYMIANAE
FAMILIAE
ET COENOBII S. PETRI HOSPITALETTI
Laudenſis Provinciae
VETERA MONUMENTA
QUAE NUNC PRIMUM
IN LUCEM PRODEUNT.

I.

Nobiles Domini Comites de Palatino Cives Laudenſes HIERONYMIANO COENOBIO S. PETRI HOSPITALETTI, *ſua ſponte offerunt, et dono dant nemora, paſcua, prata, camposque ad perticas ſeptendecim mille, et octingentas amplius.*

Donationis Tabulae, quae interierunt commemorantur in actis proſcriptionis Bonorum inferius appoſitis num. III.

IN Nomine Domini &c. . . . Item extractis perticis decem ſeptem millia octocentum vel circa Buſchi, paſculi, prathi, Zerbi, paludi, lameis, & Salegys de ſubter. Coſte prout eſt dicti Monaſterii Hoſpitaletti de Sena in donatione, & conſtrutione ſue; Item extractum Molendinum unum de ſubtus Coſte, que dicti Monaſterii Hoſpitaletti de Sena; Item extract. Rugia, que apelatur Roggia della Somaglia, que eſt dicti Monaſterii Hoſpitaletti de Sena, quos Bona, Res, & jura dicti Hoſpitaletti S. Petri de Sena habuit pro ſolemni Inſtrumento Donationis a Nobilibus Dominis Comitibus de Palatino, que Donatio VENERABILIS DOMINI *A. D.* 1144.

MINI

Digitized by Google

MINI PRIOR DICTI MONASTERII HOSPITALETTI DE SENA Inſtrumenta aprehenſione produxit Anno milleſimo centeſimo quadrageſimo quarto, Indictione decima tertia, die vero lune quarto menſis Aprilis, ad quam Inſtrumentum Donationis dicte Partes ſuis, & dictis Nominibus in totum refferantur, & refferunt &c.

I I.

Michael de Graſſis Prior MONASTERII HOSPITALETTI S. PETRI DE SENA ORDINIS VENERABILIS PATRIS SANCTI HIERONYMI, *aliique ejusdem Familiae Monachi deſcriptionem bonorum omnium, quae tunc poſſidebant perticarum 27076. publicas in tabulas referunt.*

A. D. 1337. 31. *Octobris.* IN Nomine Domini Amen. Anno Nativitatis ejusdem Milleſimo trecenteſimo trigeſimo ſeptimo Indictione quinta die Veneris ultimo Octobris in quadam Camera MONASTERII HOSPITALETTI de Sena Dioceſis Laudenſis, preſentibus DOMINO COMITE PETRO DE PALATINO, Joannino Olzello, Pauletto Tirabuſco, & Perino Quinterio Civibus Laude; notis Teſtibus rogatis, & vocatis ad hec & preſentibus, & pro ſecundis Notariis conſentientibus Petro Dardanono & Florio Alono Notariis Civitatis Laude; Ibique VENERABILIS VIR D. FRATER MICHAEL DE GRASSIS CIVITATIS PAPIE, PRIOR MONASTERII HOSPITALETTI S. PETRI DE SENA, ORDINIS VENERABILIS PATRIS SANCTI HIERONYMI, Dominus Frater Paulus de Loderis Vicarius dicti Monaſterii, Dominus Frater Matheus de Bripio, Frater Laurentius de Incaſate, & Frater Joanninus de Puſterla, omnes Fratres, & Profeſſi dicti MONASTERII SANCTI PETRI DE SENA unanimiter, & concorditer, & nemini in aliquo eorum diſcrepantes, volentes, prout tenentur, quod dictum Monaſterium,

Bona

Bona, & Jura tam mobilia, quam Immobilia, Inventarium, & repertorium facere, & omnibus Juribus, & pertinentiis dicti Monaſterii manutenere & conſervare quantum poteſt viribus dictorum Fratrum, Capituli, & Conventus ejuſdem, ut veritas ſemper appareat, ne per ignorantiam apud Deum, & ſucceſſores dicti Monaſterii excuſare valeant, & omnia, & ſingula pertinentia, & ſpectantia dicti Monaſterii, Capituli, & Conventus ejuſdem, & quod in futurum poſſet pertineri, & ſpectari dicto Monaſterio per preſens Inſtrumentum; cum ſepe occurit, quod per longioribus & quam aliis pluribus caſibus intervenientibus Eccleſiarum & Monaſteriorum jus ſuum defficiunt, ac per mortem, & memoria hominum ſuum jus perdidere, ut in Doctrinis eccleſiaſticis nos docet, melius eſt timere Deum, quam hominem, dictus Dominus Prior, & dictis Dominis Fratribus ut ſupra id, quod de jure fieri potuerunt, & poſſunt, & potuiſſent quod dicti Monaſterii, Capituli, & Conventus ejuſdem, & pertinentiarum ſuarum fecerunt, & faciunt Inventarium, & repertorium cum ſolemnitatibus, & clauſulis, que in talibus conſuetum eſt, & ſolent adhiberi ſic adhibitis per me Andriolum de Fellatis Notarium infraſcriptum ad ſonum Campane congregati ſunt in dicto loco communis hominum, Univerſitatis, & ſingularum Perſonarum dicti Loci Hospitaletti De Sena; in qua quidem Congregatione fuerunt, aderant, & ſunt Marcus Garotta, Nicolinus de Poteſta, & Franzolus Olzellus ex antiquis dicti Loci Conſules, & Sindici dicti Communis Hospitaletti De Sena, ut de ipſa Conſolaria, & Sindacatu alias, & nunc legitime fidem fecerunt, & juraverunt, & jurant in manibus meij Notarii infraſcripti ut publica Perſona, ſtipulante, & recipiente nomine, & vice Monaſterii, Capituli, & Conventus ejuſdem, quod verum eſt, & veritas ſemper ſtetit, & fuit, quod infraſcriptas Petias Terre, & ſedumina ſunt, & eſſe debent dicti Monaſterii, Capituli, & Conventus e-

 jusdem,

juſdem, & quod poſt donationem, & conſtructionem factam de dicto Monaſterio, ſemper dictus Monaſterius gaviſus fuit, & de preſenti gaudet, & poſſidet infraſcripta Bona, Res, & Jura, videlicet. In primis Petia una Terre aratorie, Perticarum quinquecentum quadraginta ſeptem vel circa jacentium in dicto Territorio HOSPITALETTI DE SENA verſus loci de Sena Epiſcopatus Laude ubi dicitur in Brayda Comitum choeret ab una parte Coſte dicti loci, que eſt dicti Monaſterii, ab alia Comit. de PALATINO, ab alia dicti Monaſterii, & ab alia ſtrata in parte, & in parte dicti Monaſterii. Item petia una Terre prathive perticarum mille centum nonaginta quatuor jacentium in dicto Territorio verſus Loci de Liuraga Epiſcopatus Laude, ubi dicitur ad prathos magros, ſive ad zerbos Angurie choeret ab una parte Strata, que vadit ad Laude, ab alia Antonii, & Fratrum de Liuraga in parte, & in parte Domini Fanoni de Trexeno ab alia dicti MONASTERII HOSPITALETTI DE SENA, & ab alia dicti Monaſterii, & in parte Strata; Item petia una Terre prathive, & partim Zerbie Perticarum ſeptem centum vel circa jacent. in dicto Territorio, ubi dicitur ad Scolatorios, ſive ad prathos Incaſtri magni, choerent ab una parte dicta Strata, ab alia Domini Fanoni de Trexeno, in parte, & in parte illorum de Lampugnano, & in parte Eccleſie majoris Mediolani, & in parte Monaſterii S. Petri de Laude veteri, ab aliis duabus partibus dicti Monaſterii de Sena; Item petia una Terre Aratorie, & Avitate Perticarum ducentum triginta ſex jacent. in dicto Territorio verſus loci de Orio, ubi dicitur ad Vineam veterem choerent ab una parte Commune de Orio, ab alia Coſta dicti Loci HOSPITALETTI DE SENA, que eſt dicti Monaſterii, ab alia Strata, & ab alia Stricta; Item Petia una Terre aratorie, & partim avithate de Vitibus novelis jacent. in dicto Territorio, ubi dicitur ad Campum della Longura perticarum nonaginta octo vel circha choerent ab una parte Strata, ab alia dicti Monaſterii
ab

ab alia coſta, & ab alia Monaſterii de Sena, & in parte Strata; Item Petia una Terre aratorie perticarum quadraginta tres jacent. in dicto Territorio prope locum choerent ab una parte Sedib. dicti loci, ab alia Strata, & ab aliis duabus partibus dicti Monaſterii; Item Petia una Terre Aratorie, & partim prathive perticarum trecentum novem vel circa jacent. in dicto Territorio, ubi dicitur in Luxirano, ſive ad Vales Pizolani choerent. ab una parte Strata Rayne, ab alia Eccleſie Majoris Mediolani, & in parte Comitis Petri de Palatino, ab alia Territory de Pixolano, & ab alia dicti Monaſtery, & in parte Strata; Item Pezia una Terre aratorie, & partem Zerbi perticarum ducentum ſeptuaginta unum, jacent. in dicto Territorio, ubi dicitur ad Fopam Ranorum, Choerent ab una parte D. Comitis Petri de Palatino, ab alia via in parte, & in parte D. Antonii Garotte, ab alia dicti Monasterii Hospitaletti De Sena, & ab alia D. Alberti Olzelli, & in parte Strata; Item Petia una Prathi magni jacent. in dicto Territorio prope Stratam Raynam, & eſt Perticarum mille centum quinquaginta ſex, ubi dicitur ad Roborem magnam, choerent. ab una parte dicta Strata Rayne, ab alia D. Comitis Petri de Palatino, ab alia illorum de Garotis, & ab alia illorum de Trexono, & in parte D. Petri Garote; Item Petia una Buſchi Perticarum due mille ſexcentum octaginta ſex jacent. in dicto Territorio verſus Loci de Brembio Epiſcopatus Laudae choerent. ab una parte dicti D. Petri de Liuraga, & in parte Commune de Liuraga, & in parte Strata ab alia Dominorum Nobilium de Habonis, ab alia Territory de la Somalia, & in parte Territory de Pizolano Epiſcopatus Laude in parte, & in parte Albertus de Ruſchonibus, & ab alia dicti Monasterii Hospitaletti De Sena; Item Pertice quadraginta tres Sedis, in quibus Perticis quadraginta duabus cum dimidia eſt hedificata Eccleſia dicti Monaſterii, cum dicto Monaſterio cum Orto & Stalla dicti Monaſterii, & quam-

& quampluribus aliis hedificiis a Maſſario neceſſariis; Item Coſte, que ſunt in tanto Territorio quantum durat prathos, campos, & Vineas ab utraque partum ſunt dicti MONASTERII HOSPITALETTI DE SENA; Item Perticarum decem ſeptem mille octocentum ſive minus, ſive plus inter buſchos, prathos, zerbos, paſchul. palud. Lameas, & ſaligear. poſt., & jacent. in dicto Territorio HOSPITALETTI DE SENA deſubt. Coſtis coerent. ab una parte Territorii de Sena, ab alia Coſte dicti MONASTERII HOSPITALETTI DE SENA, mediante Rugia, & Strata, que vadit de ſubtus Coſte, ab alia Commune Loci de Orio Epiſcopatus Laude, & ab alia quedem Romellus Lambri, & in parte Fluminis Lambri. Item dicti Mon. habet lectum Rugie, quod lectum dicte Rugie incipit a Buchello, que eſt in lecto Mutie Territorii S. Martini in Strata, poſtea venit ſuper Territ. locis de Bruxeda de Oxago, de Brembis, de Liuraga, veniendo ſuper dictum Territorium dicti MONASTERII HOSPITALETTI DE SENA, quem facta, & conſtructa fuit per ANTECESSORES DICTI MONASTERII, PROPRIIS DENARIIS DICTI MONASTERII pro adaquando, ſeu adaquari faciendo terras, & prathos dicti Monaſterii, & dictus Bochellus debet habere onzias viginti duabus aque dicte Mutie; Item Molendinum unum cum payris duabus molis pro macinando jacen. de ſubt. Coſte dicti Monaſterii, & cum utenſilibus neceſſariis dicti Molendini, & quampluribus aliis utenſiliis neceſſariis dicti Monaſterii, prout partabitur in ſcriptis mihi Notario jam dicto dicent., Manifeſt., & proteſt. dictus Marcus Garota, Nicolinus de Poteſta, & Franzolus Olzelus pro Solemni ſtipulatione legitime interpoſita, quod dictus MONASTERIUS HOSPITALETTI DE SENA, ſemper ſtetit, & manſit in pacifica, & quieta poſſeſſione ſupraſcriptorum Bonorum, & jurium ut ſupra deſcriptorum, & nominatorum, & quod audierunt, & intellexerunt ab antiquis dicti Loci HOSPITALETTI DE SENA, & vicinibus locis circumſtantibus quod

poſt

poſt DONATIONEM FACTAM PER D. NOBILES COMITES DE PALATINO dicto Monaſterio, dictus Monaſterius ſemper ſtetit in pacifica, & quieta poſſeſſione ſupraſcriptorum Bonorum ut ſupra choerent. & terminator. nemine inpedien. nec moleſtat. dictus D. FRATER MICHAEL PRIOR, & aliis fratribus ut ſupra nominatis, & dictus Marcus Garota, Nicolinus de Poteſta, & Franzolus Olzelus Sindici, & Conſules ut ſupra rogaverunt me Notarium Infraſcriptum ut publica Perſona, publicum conficerem Inſtrumentum unum, & plura ejuſdem tenoris, prout fuerit neceſſarium, & opportunum. &c.

III.

Acta proſcriptionis bonorum Nobilium Comitum de Palatino exceptioniſque praediorum, quae ex ipſorum Donatione An. 1144. *ad* MONACHOS HIERONYMINIANOS S. PETRI HOSPITALETTI *jam obvenerant.*

IN Nomine Domini Amen. Anno Nativitatis ejuſdem Millesimo trecenteſimo quadrageſimo ſeptimo Indictione quinta decima die lune primo Menſis Aprilis in Locis., & Territoriis infraſcriptis de la Somalia di Pizolano, part. de Caſali puſterlengorum, & part. de Brembio, & part. de Zorleſco Epiſcopat. Laude preſentibus D. Petro Garota Juriſperito, D. Andregino de Zorleſco, & Joanolo Pivalacho, & quamplaribus aliis teſtibus omnibus not., rogatis, & vocatis ad hec. Et preſentibus, & pro ſecundis Notariis conſentientibus Florio Alono, & Johanino de Lavagna Notariis Civitatis Laude. Ibique cum ſit quod per multa crimina enormida, & delicta perpetrata per D Comites de PALATINO Cives Laudenſes contra pacificum Statum, bona eorum applicata fuerunt, & ſunt Camere Dominis Dominis Noſtris Dominis generales Mediolani Laude &c. Volentes prefatorum

A. D. 1347. *I. Aprilis.*

Do-

Dominorum Dominorum Joanni, & Luchini de Vicecomitibus Dominorum Generales Mediolani, Laude &c. In omnibus juris ordine ſervare maxime ad apprehendendam corporalem Poſſeſſionem, & tenutam bonorum, & jurium, de quibus infra ſit mentio pro ſolemni Inſtrumento el gerunt, & eligunt Dominum Lutium de Fontanellis Cauſidicum, ac Notarium prefate Camere de cujus electione alias, & nunc legiptime fidem fecit rogatam, & traditam per Bonaventuram de Ronzonibus Notarium publicum Mediolanenſem Anno Domini a Nativitate Milleſimo trecenteſimo quadrageſimo quinto Indictione decima tertia, die decima ſexta menſis Aprilis Vixo, & lecto per me Notarium infraſcriptum ac vulgarizato in preſentia ſupraſcriptorum Teſtium & Notarium quibus bona, & jura ſunt toto Territorio de la Somalia, ſive de Monte Oldraco. Extractis perticis decem Terre in pluribus petiis Eccleſie Sancte Marie dicti loci de la Somalia ſive de Monte Oldraco & quarte decime dicta Eccleſie Sancte Marie; Item extract. due millia ſeptem centum quadraginte octo Terre prathive aratorie, buſchive, & zerbie de ſuper Coſte loci de Sena Epiſcopatus Laude, quem locum de Sena eſt de Territorio dicti loci della Somalia; Item extract. Perticis mille novem centum ſexaginta quatuor Buſchi, Prathi, Zerbi, Paſculi & Seleg. poſitis, & exiſtentibus verſus Fluminis q. dicitur el Po, incipiendo de ſubtus coſtis dicti Loci de Sena, quas perticas due millia ſeptemcentum quadraginta octo ſuper coſtis, & dict. Pert. mille novem centum ſexaginta quatuor Terre ut ſupra ſunt plebis Sancte Marie de Sena; Item extract. jure decime, et jure indecimandi precipien., & coligen. fruct. decime toto Territorio de la Somalia, ſive de monte Oldraco, que eſt plebis de Sena; Item extract. Perticis ſeptem millia ſeptem centum novem Terre Aratorle prathive avitate zerbie, & buſchive, que ſunt Monasterii Hospitaletti S. Petri De Sena pro ut in preſenti tenet, gaudet, & poſſidet dictus

ſtus MONASTERIUS HOSPITALETTI DE SENA deſuper Coſte dicti Loci HOSPITALETTI DE SENA cum perticis quadraginta trium dicti Loci; Item extractis Perticis decem ſeptem millia octocentum vel circa Butchi, paſchuli, prathi, Zerbi, paludi, lameis, & ſalegiis de ſubter Coſte, prout eſt dicti MONASTERII HOSPITALETTI DE SENA in donatione, & conſtructione ſue; Item extract. Molendinum unum de ſubtus Coſte, que eſt dicti MONASTERII HOSPITALETTI DE SENA. Item extract. Rugia, que apelatur Rogia de la Somalia, que eſt dicti MONASTERII HOSPITALETTI DE SENA, quos bona res, & jura dicti HOSPITALETTI S. PETRI DE SENA habuit pro ſolemni Inſtrumento Donationis a Nobilibus Dominis Comitibus de PALATINO, que Donatio VENERABILIS DOMINI PRIOR DICTI MONASTERII HOSPITALETTI DE SENA Inſtrumenta aprehenſione produxit, & producit rogat., & tractat. per publicum Notarium Laudenſem Anno milleſimo centeſimo quadrageſimo quarto Indictione decima tertia die vero lune quarto Menſis Aprilis, ad quam Inſtrumentum Donationis dicte partes ſuis, & dictis Nominibus in totum refferantur, & refferunt; Item extract. Sedis duobus cum Perticis quattuor centum Terre aratorie, prathive, avitate, & buſchive in petiis octo jacentibus in Territorio de Pizolano Epiſcopatus Laude, que eſt dicti Territorii de la Somalia, ſive de Monte Oldraco, quas perticas quatuor centum cum dictis ſedis duobus ſunt Eccleſie majoris Mediolani pro ut in preſenti tenent, & poſſident; Que ſupraſcripta Bona extracta ut ſupra non inteligantur eſſe in preſenti apprehenſione, & ultra ſupraſcripta bona ut ſupra extracta, que ſunt, & pertinent dicti Loci, & Territorii de la Somalia, tam deſuper Coſte, quam deſubtus Coſte, ubicumque ſint, & reperiantur, ſint, & eſſe debeant in preſenti aprehenſione prout portabitur in ſcriptis. Qui Dominus Lucius de Fontanellis Cauſidicus, ac electus ut ſupra acceſſit ad omnes Petias Terre Sedis, & loca ſupraſcripti Loci, & Territory

de la Somalia modo ut ſupra auctoritate, & licentia ſibi conceſſa per formam dicte aplicationis, & electionis ut ſupra, & omni modo Jure, forma, Via, & Cauſa quibus melius de jure dicte Camere prefatorum Dominorum &c. potuit, & poteſt modo ut ſupra corporalem Poſſeſſionem intravit, & aprehendidit eſſendo per quamlibet Petias Terre & loca modo ſupraſcripto ſupraſcripti loci de la Somalia ut ſupra, & in eis ſtando, & morando pacifice, & quiete per ſpatium tempus nemine impediente, nec contradicente, & accipiente in eis gremio, & manibus de Terra, & lignis, Frondibus & herba exiſtent. & morant. nomine vere corporalis Poſſeſſionis; & tenute omnium bonorum ut ſupra deſcriptorum aſerente ſe dicto nomine etiam non tantum poſſeſſionem corporalem accipere, ſed etiam animo, & corpore poſſidere, & non animo alicui intrandi, neque Vim, ſeu violentiis facient. ſed ſolomodo ad confirmationem, & pro confirmatione Jur. dicte Camere adhibendo ſolemnitatibus ſupradictis, & circa predicta, que in talibus ſolent, & debent adhiberi, & ad facien. omnia, & ſingula in predictis, & circa predicta neceſſaria, & opportuna. Et ad precipien. quod precipit dictus Dominus Lutius a Fontanellis ut ſupra, Et per hec pñs. preceptum Idem Dominus Lutius precipit omnibus, & ſingulis Penſonariis, Factibilibus, Maſariis, Laboratoribus, & Redituariis, ac detentoribus ipſorum Bonorum dicti loci, & Territorii de la Somalia, quatenus infra quindecim dies proxime futuros poſt dictum preceptum ipſa bona res, & jura ſpacient, & evacuent, & ſpaciari, & evacuari debeant, ac libere, & expedit. dimittant ipſius prefate Camere prefatorum Dominorum ut ſupra; & quod de eis, nec partem eorum bonorum ſe aliqualiter non intromitant, nec intromitere debeant in vacuo, nec in pleno, aut quod infra menſem unum proximum futurum de omnibus bonis, rebus, & juribus dicti Loci de la Somalia ut ſupra ſe inveſtant, & inveſtituram novam, & ſolemnem acci-

accipiant ab agentibus prefate Camere ut ſupra, & hoc ſub pena & bano ad voluntatem prefatorum Dominorum, alioquin ipſos Dominos &c. contra eos, & quemlibet eorum procederet, ſeu procederetur omnibus modis & juribus, quibus melius poſſunt, & potuerunt de jure; Et ſi quis ſenſerit ſe gravare, compareat coram prefatorum Dominorum Magiſtrum extraord. ad ejus arengi ſit. in cure prefatorum Dominorum Mediolani, Laude &c. ſalvo quod hec preceptum non habeat locum contra extraneum poſſeſſorem, nec aliquem in dictis bonis ut ſupra aliqua melioramenta, & potiora jura habentem, dictus Dominus Lucius de Fontanellis ut ſupra rogavit, & rogat me Notarium infraſcriptum ut publica Perſona publicum conficerem Inſtrumentum unum, & plura ejuſdem tenoris prout fuerit opportunum, & neceſſarium &c.

I V.

Tabulae Donationis Fundi pert. 372. ab Comite Franciſco de PALATINO FACTAE MONACHIS S. PETRI HOSPITALETTI ORDINIS SANCTI HIERONYMI.

IN Nomine Domini Amen. Anno Nativitatis ejuſdem Milleſimo trecenteſimo quadrageſimo ſeptimo Indictione prima die trigeſimo Menſis Octobris. In Eccleſia S. PETRI HOSPITALETTI DE SENA Dioceſis Laudenſis, ſita in loco dicti HOSPITALETTI; preſentibus Domino Orio Tizonio Juriſperito, Petro Olzelo, Jacobo Orzono, & Filipo de Mayochis Civibus Laude notis Teſtibus rogatis, & vocatis ad hec; Et preſentibus, & pro ſecundis Notariis conſentientibus Franceſchino de Cazulo, & Florio Alono Notariis Civitatis Laude. Ibique Dominus Comes Franciſcus de Palatino Civitatis Laude dilectionis, et devotionis inductus, quam ſemper geſſit, et gerit erga Eccleſiam S. PETRI HOSPITALETTI DE

A. D. 1347. 30. Octobris.

Sena, ſive ergà Fratres dicte Eccleſie, & Domum dicte Eccleſie Ordinis Sancti Hieronymi Epiſcopatus Laude ſitam ut ſupra ad ejus Beati Sancti Petri honorem, & Reverentiam dicte Eccleſie ſive Domus fuit, & eſt fondata, & conſtructa conſiderans dictus Comes Franciſcus de Palatino fragilitatem humanam, que ſemper ad non eſſe declinat, & quod ipſe Dominus Comes Franciſcus nil melius facere poſſit, poteſt quam ſue anime de ſalubri remedio providere, attendens Evangelium dicens quod ſi quis in Sanctis de Venerabilis Locis aliquid de ſuis rebus contulerit in hoc ſeculo, centuplum accipiet, & in ſuper quod melius eſt vitam poſſidere eternam, Conſtitutus dictus Dominus Comes Franciſcus reverenter, & bone diſpoſitionis in ſupraſcripta Eccleſia S. Petri Hospitaletti De Sena ſive Domus Capituli, & Conventus ejusdem, ſtans flexis genibus ante cornua Altaris majoris dicte Eccleſie S. Petri Hospitaletti De Sena coram venerabilis *Dominis Fratri Jacobo de Bevilaquis Prior ſupraſcripte Eccleſie*, ſive Domus, Capituli, & Conventus ejusdem, & Fratrum dicte Eccleſie Fratri Franceſchino de Britio Vicario ſupraſcripte Domus Capituli, & Conventus ejusdem ibi preſentibus, ſtipulantibus, & acceptantibus modis infraſcriptis, ad honorem, & reverentiam Divine Majeſtatis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, & glorioſiſſime Virginis Marie, & Beati Petri caput Apoſtolorum, ſponte, & ex certa ſcientia, & non per aliquem erorem fecit, & facit oblationem, & Donationem inter vivos meram, puram, & irrevocabilem omnis, & ſingulis ingratitudinis cauſas totaliter remitendo, & removendo, ac traditionem, & datum, & tocius ipſius Domini Comitis Franciſci juris ceſſionem ad proprium, & ad lodum liberam, & expeditam ab omni onere, & gravamine, ficto cenſu condictione, & ſervitute aliqui dandis, preſtandis, vel ſubſtinendis tanquam de bonis ſuis propriis ut ibi dixit, & proteſtatus fuit in dictum *Monaſterium Capitulum*, & Convent. ejusdem & in

Vene-

Digitized by Google

Venerabilem Virum Dnūm Fratrem Jacobum de Bevilaquis Priorem dicti Monaſterii & Dominum Fratrem Franceſchinum de Britio Vicarium dicti Monaſterii ibi preſentes, ſtipulantes, & recipientes nomine, & Vice MONASTERII SANCTI PETRI HOSPITALETTI DE SENA, & per ipſum Monaſterium mei Notarii Infraſcripti pro ut publicam perſonam ſtipulan., & recipien. nomine & vice dicti Monaſterii Capituli, & Conventus ejuſdem, & item per me Notarium infraſcriptum in dictam Eccleſiam dicti Monaſterii Capituli, & Conventus ejuſdem, & item in dictam Eccleſiam dicti Monaſterii, Capituli, & Conventus ejuſdem nominative de Perticis Centum quadraginta Terre Aratorie, & prathive jacen. in Territorio Loci de la Somalia, ſive Monte Oldragho ubi dicitur ad braydam Comitum Choeren. ab una parte Strata Rayne, ab alia dicti Donatoris, ab alia Strata, & ab alia Domini Bartoli de Olzelis, item de Perticis nonaginta ſex Terre aratorie, & partim avitate jacen. in dicto Territorio in contrata, ubi dicitur ad Paſſum de Lupo, ſive ad Roborem magnam Choeren. ab una parte Rugia dicti Loci de la Somalia ab alia Strata, ab alia dicti Donatoris in parte, & in parte ſtricta, & ab alia Franciſchi de Garotis; Item de Perticis centum triginta ſex vel circha prathi, & Zerbi jacen. ibi prope in dicta contrata Choeren. ab una parte Strata Rayne, ab alia dicti Monaſterii, ab alia dicti Donatoris, & ab alia fuit Comitis Alberto de PALATINO, & nunc eſt Petri Olzelli, Item jus, quod habet dictus Donator, & ſibi pertinet, ſpectat in Rugia dicti Loci cum medio unius Molendini poſiti, & exiſtentis ſupra ripam dicte Rugie in Territorio dicti Loci HOSPITALETTI cum medietate payris duobus molis, & utenſilibus dicti Molendini, vel alie ſint choerentie veriores, & ſi eratum eſſet in coherentiis non propterea noceat veritati, ſed ſemper ſtetur verioribus choerentiis; & hoc in remedio ipſius Domini Comitis Franciſchi, mortuorum ſuorum, ſemper cum hac reſervatione quod ipſe Dominus Comes

Digitized by Google

mes Franciſcus de Palatino donator ut ſupra poſſit, & debeat toto tempore Vite ſue ipſas petias terre, & dictam Rugiam, & partim dicti Molendini choer. ut ſupra gaudere, tenere, & poſſidere, & de dictis Petiis Terre, & dicta Rugia, & partem dicti Molendini facere quot quod voluerit, & ei placebit, excepto quod dictus Dominus Comes Franciſchus de Palatino donator ut ſupra ipſas petias Terre, & ipſa Rugia, & partem dicti Molendini, & ut ſupra non poſſit, nec debeat vendere, donare, nec alienare alicui Perſone modo aliquo rationibus ſupraſcriptis, quas petias Terre, & Rugia, & dictum Molendinum, & ut ſupra dictus Dominus Comes Franciſchus ſtetit in pacifica, & quieta poſſeſſione, & anteceſſores ſuos; ita ut amodo in antea videlicet poſt mortem dicti Domini Comitis *Franciſchi dict. Monaſt. ſive Domus, Capituli, et Conventus* ejusdem uſque ad perpetuum habere, tenere, gaudere, & poſſidere debeat, & poſſint modis ſupraſcriptis ſupraſcriptas Petias Terre Rugia, & Molendinum, & ut ſupra una cum acceſſibus, Ingreſſibus, regreſſibus, viſibus, finibus, & juribus ſuis omnibus ſuperioribus, & inferioribus, & facere poſſint modis ſupraſcriptis jure proprii nomine quotquod voluerint abſque alicujus contradictionis, & moleſtie, conſtituens dictus Dominus Comes Franciſchus de Palatino modis ſupraſcriptis ſe tenere, & poſſidere ſupraſcriptas petias terre, Rugia, & Molendinum; & ut ſupra oblatum, & donatum nomine, & vice ſupraſcripti *Monaſterii, Capituli, et Conventus* toto tempore Vite ipſius, & poſt ejus mortem nomine, & vice ſupraſcripti *Monaſterii, Capituli, & Conventus ejusdem*, & ad partem, & ad utilitatem ipſius *Monaſterii*, Capituli, & Conventus ejusdem, donec dictus *Monaſterius, Capitulus, & Conventus* ejuſdem poſt mortem dicti Comitis Franciſchi, & per conſequens poſt mortem ipſius Domini Comitis Franciſchi dict. *Monaſt., Capit., & Conventus* ejusdem poſſeſſionem acceperint corporalem, quam accipiendi eorum propria auctori-

ctoritate, & deinceps retinendi ipſe Dominus Comes Franciſchus, & per conſequens *dict. Monaſt.*, *Capit.*, *& Conventus* ejusdem Ejusdem preſentibus, & ſtipulantibus parabolam, & licentiam omnimodam dedit, & conceſſit, dat, & concedit dominio ejus oblationis, donationis, traditionis, & dati, & poſſeſſionem ipſius ipſo Domini Comiti Franciſcho illique, & expreſſo in manibus ſupraſcriptorum Dominorum Jacobi, & Franciſci poſt mortem dicti Comitis Franciſci in manibus *dicti Monaſterii*, *Capituli*, *& Conventus* ejusdem, & item in manibus *dicti Monaſterii*, *Capituli*, *& Conventus* penitus, & volontarie renunciavit, & renunciat, ac etiam in manibus mei Notarii infraſcripti publice Perſone ſtipulantis, & recipientis nomine, & vice dicti *Monaſterii*, *Capituli*, *& Conventus* ejusdem penitus, et volontarie renunciavit, & renunciat transferens dictus Dominus Comes Franciſchus Donator ut ſupra in infraſcriptos *Dominos Fratres Jacobum*, *& Franciſcum*, videlicet poſt mortem ipſius Domini Comitis Franciſci in ſupraſcriptum *Monaſterium*, Capitulum, & Convent. ejusdem & in me Notarium infraſcriptum publicam Perſonam ſtipulantem, & recipientem nomine, & vice, & ad partem, & utilitatem ſupraſcripti *Monaſt.* Capit., & Conventus ejusdem modis ſupraſcriptis, & item modis ſupraſcript. in ſcript. Monaſt. Capit., & Convent. ejusdem omnem tenutam, & poſſeſſionem ſupraſcriptarum Petiarum Terre, Rugie, & Molendini, oblat., & donat. ut ſupra, Et eos Dominos Fratres Jacobi, & Franciſchi ibi preſentes, & ſtipulantes, & recipientes, & per conſequens dict. *Monaſt.* Capit., & Convent. ejusdem, & me jam dictum Notarium publicam Perſonam ſtipulantem, & recipientem ut ſupra modis ſupraſcriptis ipſe Dominus Comes Franciſchus in ejus locum, Jus, & ſtatum poſt ejus mortem poſuit, & ponit ſupraſcriptas Petias Terre, Rugie, & Molendini ut ſupra choerent. ut ſupra atque facien., ut eos Dominos *Fratres Jacobum*, *& Franciſchum* nomine, & vice dicti *Monaſterii*, Capituli, & Conventus ejusdem

dem, et me jam dictum Notarium publicam Perſonam ſtipulant., et recipient. ut ſupra Procuratorem in rem ſuam, et in hac oblatione, donatione, traditione, et dato, ita quod ipſos Dominos Fratres Jacobum, et Franciſcum nomine dicti Monaſteri, Capituli, et Conventus ejusdem, et per ipſum Monaſt. Capit., et Convent. ejusdem per mortem dicti Comitis Franciſci in Locum Jus, et ſtatum ſupraſcripti Domini Franciſci ſupraſcriptas Petias Terre, Rugie, et Molendini ut ſupra ſuccedant, et ſunt totaliter, et ita, et taliter, quod ipſos Dominos Fratrem Jacobum, et Franciſcum ut ſupra per ipſum Monaſt. Capit., et Convent. ejusdem, videlicet poſt mortem ipſius Domini Comiti Franciſci de cetero poſſint petere, et exigere, agere, et cauſari uti, excipere, expediri, et ſe ſe, et dictam oblationem, donationem, traditionem, et datum tueri, et defendere omnibus illis modis, et ejusdem juribus, actionibus, rationibus, et cauſis in rem, et in Perſonam uti, quibus, et ſicut Dominus Comes Franciſchus potuerat, et potuiſſet ante hanc oblationem, et donationem, traditionem, et datum factam ut ſupra, & contra omnem perſonam pro ea, et ejusdem Monaſt., Capit., et Convent. S. Petri Hospitaletti De Sena, et dictos Dominos *Fratres Jacobum*, & *Franciſchum* preſentes, ſtipulantes, et recipientes nomine, et vice dicti *Monaſterii* Capituli, et Conventus ejusdem, et mihi jam dicto Notario publice Perſone ſtipulant., & recipient. ut ſupra dictus Dominus Comes Franciſcus, dedit, ceſſit, tradidit atque mandavit, dat, cedit, atque mandat omnia ſua jura, omnesque ſuas actiones, rationes retentiones, replicationes utiles, & directas, reales, et Perſonales, meras, myſtas, et ypothecarias, que, et quas dictus Dominus Comes Franciſchus habebat, et habet, et ei quomodolibet pertinebat, expectabat in ea, et pro ea oblatione, traditione, donatione, et dato, et contra omnem Perſonam pro ea modis ſupraſcriptis ante hanc oblationem, donationem, traditionem

Digitized by Google

tionem, et datum factas. Inſuper dictus Dominus Comes Franciſcus oblator, et donator ut ſupra promiſſit, et promitit per ſolempnem ſtipulationem legiptimam, et legiptime interpoſitam, obligando, et obligavit ſe, et omnia ſua bona mobilia, et immobilia pignori preſentia, et futura ſupraſcriptis *Dominis Fratribus Jacobo, & Franciſco nomine, & vice dicti Monaſterii, Capituli, Conventus*.ejuſdem preſentibus, ſtipulantibus, et recipientibus nomine, et vice dicti *Monaſterii*, Capituli, et Conventus ejusdem modis ſupraſcriptis, et mihi jam dicto Notario publice perſone dicto nomine ſtipulant; et recipient., et pro dictis *Dominis Fratribus Jacobo & Franciſco* ſtipulant., et recipient. dictis nominibus recipient., ſtipulant. et recipient. quod perpetuo, et omni tempore deffendet, diſplicabit, grarentabit, auctorizabit et manutenebit eosdem *Dominos Fratres Jacobum, & Franciſcum* preſent., ſtipulant., et recipient. nomine, et vice *Monaſterii*, Capituli, et Conventus ejuſdem, et per ipſum Monaſt. Capit. et Convent. ejusdem ſtipulant., et recipient. nomine quo ſupra ſubtām oblationem, donationem, traditionem, et datum ut ſupra modis ſubtis. ab omni Perſona, et Perſonis, Communi, Colegio, et Univerſitate tam Eccleſiaſticis, quam Secularibus uſque in perpetuum tam in agendo, quam in ſe deffendendo ejus Domini Comiti Franciſci propriis expenſis dampni, diſpendy, et intereſſe, ſicut pro tempore fuerit meliorata, aut plus valuerit dict. oblat., et donat., et dati ut ſupra ſub exiſtimatione, et conſimili loco uſque in perpetuum renunciavit dictus Dominus Comes Franciſcus exceptioni non facturum dicte oblationis, donationis, traditionis, et dati ut ſupra, et omnium ſupraſcriptorum, non ita actorum et factorum, et non ſic celebrati dicti contractus; et rey non ſic geſte ut ſupra dolli, malli, actioni in factum omnique aly juris except. probationis, et deffenſionis in contrarium, et de predictis omnibus, et ſingulis ſupraſcriptus Dominus Comes Franciſchus De Palatino donator ut

 ſupra

ſupra rogavit me Notarium Infraſcriptum ; ut de predictis omnibus, et ſingulis ſupraſcriptis publicum conficiam Inſtrumentum unum, et plura ejuſdem tenoris, ſi neceſſe fuerit, et requiſitum &c.

V.

Acta Poſſeſſionis ejuſdem Fundi ab HIERONYMIANIS *acceptae.*

A. D. IN Nomine Domini amen . Anno Nativitatis ejuſdem
1347. milleſimo trecenteſimo quadrageſimo ſeptimo Indictione
26. No- prima die vigeſimo ſexto Menſis Novembris , In diſtrictu
vembr. Laude videlicet infraſcriptis Petiis Terrarum . Preſentibus Andrieto de Ricardis, Ambroxio Pavexio, et Antonio de Urſa Civibus Laude notis Teſtibus rogatis, et vocatis ad hec et preſentibus, et pro ſecundis conſentientibus Petro Dardano, et Fiorio Alono ambobus Notariis Civitatis Laude. Ibique cun alias Dominum Comitem Franciſcum de PALATINO Civem Laude, fecit oblationem donationem, traditionem, et datum &c. in Dominos Fratrem Jacobum de Bevilaqua Priorem Monaſterii SANCTI PETRI HOSPITALETTI DE SENA Dioceſis Lauden., et Fanciſcum de Bricio Vicarium dicti Monaſterii tunc pñtes., ſtipulantes, et recipientes nomine, et vice dicti MONASTERII SANCTI PETRI HOSPITALETTI DE SENA Capituli, Conventus ejuſdem nominative de Perticis centum quadraginta Terre aratorie, et prathive jacentibus in territorio della Somalia, ſive de Monte Oldrago Epiſcopatus Laude, ubi dicitur ad Raydam Comitum Choeren. ab una parte Strata Rayne ab alia dict. Donat. ab alia Strata, et ab alia Domini Bartoli de Olzelis; Item de Perticis nonaginta ſex Terre aratorie, et partim avithate jacen. in dicto Territorio in contrata ubi dicitur ad paſſum de Lupo, ſive ad Roborem magnam choerent. ab una parte Rugie dicti

Loci

Digitized by Google

Loci de la Somalia ab alia Strata, ab alia dicti Donator: in parte, ut in parte ſtricta, et ab alia Franciſci de Gratis; Item de Perticis centum triginta ſex vel circa Terre prathive, et partim Zerbi Jacen. ibi prope in dicta contrata choerent. ab una parte Strata Rayne ab alia dicti Monaſterii ab alia dicti Donatoris, et ab alia fuit Comitis Alberti de Palatino, et nunc eſt Petri Olzelli; Item jus quod habet dictus Donator, et ſibi pertinet, et ſpectat in Rugia dicti Loci de la Somalia cum medio unius Molendini poſiti, et exiſtentis ſupra ripam dicte Rugie in Territorio dicti Loci Hospitaletti cum medietate payr duabus mollis, et alys utenſilibus neceſſariis dicti Molendini, vel alie ſint choerentie veriores, et ſi eratum eſſet in Choerentiis non propterea noceat veritati, ſed ſemper ſtetur Choerentiis verioribus, et pro ut hec, et alia plenum conſtat publico Inſtrumento, rogato, et tradito per me Andriolum de Felatis Notarium publicum Laude Anno curente milleſimo trecenteſimo quadrageſimo ſeptimo Indictione prima die trigeſimo menſis Octobris, ſive Anno, Indictione, & die in eo contentis. Nunc vero ſupraſcriptus Dominus F. Jacobus Prior, ut ſupra, & Frater Franciſcus Vicarius ut ſupra nomini dicti Monaſterii, et per ipſum Monas. Capit. & Convent. ejuſdem exiſtent. ut ſupra acceſſerunt ad ſupraſcriptas Petias Terrarum, Rugia, et Molendinum bonorum, & jurium, & auctoritate, & licentia ipſos conceſſa per formam dicte oblationis, donationis, traditionis, & dat. ut ſupra, & omni modo jure, via, cauſa, & forma, quibus melius de jure potuerunt, & poſſunt ipſarum Petiarum Terrarum, Rugie, & Molendini bonorum, & jurium ut ſupra corporalem acceperunt Poſſeſſionem intraverunt, & aprehendiderunt per *dictum Monaſterium, Capitulum, & Conventus* ejuſdem eundo per ipſas Petias Terre, Rugiam, & Molendinum bonorum, & jurium ut ſupra, & in eis ſtando, & morando pacifice, & quiete per ſpatium tempus nemine impediente, nec

 con-

contradicente, accipientes de Terra, lignis, & Lapidibus, frondibus, & herba exiſtentibus in eis in manibus eorum nomine ut corporalis poſſeſſionis, & tenute aſſerentibus eis etiam ſe non tantum capere, ſed etiam animo, & corpore nomine dicti MONASTERII S. PETRI DE SENA Capituli, & Conventus ejusdem poſſidere, & non animo alieni inveriandi, neque vim, ſeu violentiam faciendi, ſed ſolumodo ad confirmationem, & pro confirmatione juris ſui, de quibus omnibus dictus Dominus *Frater Jacobus Prior*, *& Dominus Frater Franciſcus Vicarius* ut ſupra rogaverunt, & rogant me Andriolum de Felatis Notarium Infraſcriptum publicam Perſonam ſecundum ſtillum, formam, & conſuetudinem Civitatis Laude publicum debere confici Inſtrumentum unum, & plura unius & ejusdem tenoris, ſi neceſſe fuerit, & requiſitum &c.

V I.

Tabulae locationis Pradii Pert. 7311. Roberto Beccariae factae ab Antonio de Sancto Alberto Monacho Hieronymiano, & Priore S. PETRI HOSPITALETTI, *penſione conventa ſibi ſuisque perſolvenda.*

A. D. 1348. 30. *Martii.* IN Nomine Domini Amen. Anno Nativitatis ejusdem millesimo quadragenteſimo octavo, Indictione prima die decimo nono Menſis Martii. In Eccleſia S. PETRI HOSPITALETTI DE SENA Dioceſis Laudenſis. Preſentibus Domino Comite Lantelmo de Caſinno, Gufredino de Dovaria, Amicino dicto Retegno de Pasqualibus, et Marchexio Capitaneis de Merlino omnibus Civibus, et habitatoribus predicte Civitatis Laude notis, Teſtibus ydoneys, rogatis, et vocatis ad hec; Et preſentibus, et pro ſecundis Notariis conſentientibus Florio Alono, et Jacobo Pavexio Notariis Civitatis Laude. Ibique VENERABILIS VIR DOMINUS FRATER ANTO-

NIUS

nius De Sancto Alberto Prior Monasterii S. Petri Hospitaletti De Sena Syndacus, et Procurator, et Syndacario, et procuratorio nomine dicti Monasterii S. Petri Hospitaletti De Sena Capituli, et Conventus ejusdem ut de ipſo Sindacatu, et Procura alias, et nunc legiptime fidem fecit rogat., et tradit. per me Notarium infraſcriptum Anno, Indictione, et die in eo contentis, et preſente, et Dominorum Fratrum, Capituli, et Conventus ejusdem conſentient., et parabalam dant. dicto Domini Priori in preſentia mei Notarii infraſcripti, et ſupraſcriptorum Teſtium, et Notariorum neminem eorum in aliquo diſcrepantium ad infraſcripta facienda, et complenda nomine, et vice dicti Monaſterii, Capituli, et Conventus ejusdem; Inveſtivit ad fictum cenſum reddendum livellario nomine uſque ad novem annos proxime futuros incipiendos in Feſto Paſchatis Reſurectionis Domini Noſtri Jeſu Chriſti proxime ventura ad meliorandum, et non ad peyorandum ad inficandum, et non ad deffi:andum, Dominum Robertum de Beccaria Civem Papienſem ibi preſentem, et ſe inveſtientem de Petia una Buſchi Perticarum due Millia ſexcentum octoginta ſex jacentium in dicto Territorio Hospitaletti De Sena verſus Loci de Brembio Epiſcopatus Laude choerent. ab una parte Heredum quondam Domini Petri de Liuraga in parte, et in parte Commune de Liuraga, et in parte Strata, ab alia Dominorum Mediolani Laude &c. ab alia dictorum Dominorum Mediolani in parte, et in parte heredum quondam Domini Alberti de Ruſchonibus et ab alia dicti Monasterii De Sena; Item petia una Prathi magri Perticarum mille centum quinquag.nta ſex jacen. in dicto Territorio prope Stratam Raynam ubi dicitur ad Roborem magnam choeren. ab una parte dicta Strata Rayne, ab alia Dominorum Mediolani, ab alia Domini Petri, et Fratrum de Garotis, et ab alia heredum quondam Domini Fanoni de Trexeno, et Conſortium; Item petia una Terre aratorie, et partim

partim Zerbie Perticarum ducentum ſeptuaginta una vel circa jacen. in dicto Territorio ubi dicitur ad Fopam Ranorum choerent. ab una parte Camere Domini Mediolani, ab alia via in parte, et in parte Domini Antonii Garote, ab alia dicti MONASTERII HOSPITALETTI DE SENA, et ab alia dicti Monaſterii in parte, et in parte Domini Alberti. Olzelli, et in parte Strata; Item Petia una Terre aratorie, et partim prathive in pluribus Campis ſimul ſe tenentibus perticarum trecentum novem vel circa jacen. in dicto Territorio, ubi dicitur in Luxirano, ſive ad vales Pizolani choerent. ab una parte Strata Rayne, ab alia Eccleſie majoris Mediolani in parte, et in parte Camere Domini Mediolani, ab alia dicte Camere, et ab alia dicti MONASTERII HOSPITALETTI DE SENA in parte, et in parte Strata. Item Petia una Terre aratorie, et partim avitate de Vitibus novellis Perticarum centum nonaginta octo jacent. in dicto Territorio, ubi dicitur ad Campum de la Longura choerent. ab una parte Strata ab alia dicti MONASTERII HOSPITALETTI DE SENA, ab alia Coſta dicti Monaſterii, et ab alia dicti MONASTERII HOSPITALETTI DE SENA in parte, et in parte ſtricta; Item Petia una Terre aratorie, et avitate Perticarum ducentum triginta ſex jacent. in dicto Territorio, ubi dicitur ad Vineam veteram verſus loci de Orio choerent. ab una parte Commune de Orio, ab alia Coſte dicti Monaſterii ab alia Strata in parte, et in parte dicti Monaſterii, et ab alia ſtricta; Item petia una Terre prathive, et partim zerbe in pluribus Campis ſimul ſe tenentibus perticarum ſeptem centum quatuordecim vel circa jacent. in dicto Territorio, ubi dicitur ad Scolatorios, ſive ad Prathos inchaſtri magni choerent. inſuper totum dict. Pertich. ſeptemcentum quatuordecim ab una parte Strata, que vadit a dicto loco HOSPITALETTI DE SENA ad Laud., ab alia Heredum quondam Domini Fanoni de Trexeno in parte, et in parte illorum de Lampugnano de Orio, et in parte Eccle-

Eccleſie majoris de Mediolano, et in parte Monaſterii Sancti Petri de Laude veteri, & ab aliis duabus partibus dicti MONASTERII HOSPITALETTI DE SENA; Item petia una prathi in pluribus Campis prathi ſimul ſe tenentibus perticarum mille centum nonaginta quatuor jacent. in dicto Territorio verſus Loci de Liuraga, ubi dicitur ad prathos magros, ſive ad Zerbos angurie choerent. inſuper totum dict. petias ad una parte dicta Strata, que vadit ad Laud., ab alia Antonii, & Fratrum de Liuraga in parte, & in parte Camere Domini Domini Mediolani, & in parte heredum quondam Domini Fanoni de Trexeno, ab alia dicti *Monaſterii* in parte, & in parte acceſſus, & ab alia dicti *Monaſterii*, & in parte ſtrata. Item petia una Terre Aratorie Perticarum quinque centum quadraginta ſeptem vel circa jacent. in dicto Territorio ubi dicitur in Brayda comitum choerent. ab una parte Coſte dicti loci, que eſt dicti *Monaſterii*, ab alia Camere Domini Mediolani, ab alia dicti *Monaſterii* in parte, & in parte dicte Camere Domini Mediolani, & ab alia Strata in parte, & in parte dicti *Monaſterii;* Item tota illa ſedimina neceſſaria per dictum Fictalem, et Maſſarios dicte Poſſeſſionis, et illis qui comendunt Fenum in dicto Loco, vel alie ſint choerentie veriores, et ſi eratum eſſet in choerentiis, non propterea noceat veritati, ſed ſemper ſtetur, et ſtari debeat a Verrioribus choerentiis, Item tante aque Rugie dicti MONASTERII HOSPITALETTI DE SENA quantum eſt, et eſſe neceſſarium ad adaquandum, et pro adaquando dictas petias terre dicte fictualitate ita ut a modo in antea predictus fictalis, & ejus heredes, & cui dederint habere, tenere, gaudere, & poſſidere debeant predictam fictualitiam cum acceſſibus, Ingreſſibus, regreſſibus, uſibus, finibus, & juribus ſuis omnibus ſupra, & infra, & facere poſſit predictus fictalis in ea, & de ea fictualitia jure livelario nomine quitquid voluerit abſque contradictione alicujus Perſone, & perſolvere exinde debeat

pre-

predictus Fiƈtalis, & ejus heredes, & cui dederint *ipſo Monaſterii, & ſucceſſoribus ſuis*, & cui dederint, aut habentem cauſam a dicto Monaſterio omni Anno pro ficto, & nomine ficti hujus fictualitie Modios centum Furmenti, modios octoginta furmentate, modios quinquaginta miſture Siichalis & mily, Florenos viginti quinque auri, & in auro boni, & juſti ponderis, Penxios quindecim Caſei Maxenghi bene aſeſonati; Penzios duodecim Butiri, videlicet tertia parte dict. modias ducentum triginta in feſto S. Michaelis proxime ſecutura, alia tertia parte in feſto Nativitatis Domini Noſtri Jeſu Chriſti inde ſecutura, & illos Florenos viginti quinque auri ad dictum terminum, & alia tertia parte dicte Blade in Feſto Reſurectionis Domini Noſtri Jeſu Chriſti Anni inde ſecutura, & dictum Caſeum, & Butirum; Et ſi tranſierit per menſem unum poſt dictum terminum, ipſo ficto non ſoluto, liceat tunc, & licitum ſit ipſis Dominis Fratribus dicto nomine ſine Calumpnea deffitare, & cadat Fictalis predictus a jure ſuo, & nihilominus teneatur ad ſolutionem ficti predicti non ſoluti, retinent. in ſe ſemper dictis Dominis Fratribus dicto nomine dominium, & poſſeſſionem dicte Fictualitie, & omnium fructuum exeuntium ex ea, donec, & quouſque ſoluti fuerint de dicto ficto non ſoluto talibus pactis inter eos contrahentes factis, & apoſitis a principio, medio, & fine preſentis contractus, & pro ſpecialibus pactis, quod dictus Fictalis teneatur, & obligatus ſit in fine preſentis inveſtiture dare, & conſignare omnes Petias terre menſuratas ad juſtam menſulam Laudenſem expen. dicti Fictalis in Inſtrumento ſolempni, & in publica forma redacto & conſignat. dicti Monasterii Hospitaletti De Sena infra menſem unum poſt contract. dicti Inſtrumenti ſub pena Florenorum quinquaginta auri omni exceptione remota. Item quod dictus Fictalis non poſſit, nec debeat incidere, nec incidi facere aliqua Legnamina ab opere utilia, & nixi ſint de tribus Folys infra in dicto Buſcho ut ſupra nomi-

nominato ſub pena caducitatis omnium melioramen torum ſi que haberet ſuper poſſeſſione. Item quod dictus Fictalis non poſſit, nec debeat vendere, nec vendi facere de Aqua dicte Rugie ultra uſu ſuo, & neceſſario dicte fictualitie. Item quod dictus Fictalis teneatur, & obbligatus ſit bene aptare, ſeu aptari facere omnes ſtratas, que ſunt ſuper Territorii dicti Loci HOSPITALETTI DE SENA expenſis dicti fictalis, & facere bene mandare omnes Scolatorios neceſſarios dicte Poſſeſſionis dicte fictualitie expenſis dictis Fictalis. Item quod ſi dictus fictalis fecerit, ſeu fieri fecerit aliqua melioramenta ſuper dicta Poſſeſſione, quod in fine dicte locationis debentur extimari per duos probos Viros electos per dictas partes, & ipſa melioramenta debentur ſolvi per dictum Monaſterium, aut reinveſtiri pro ſimili precio, pro ut eſt inveſtitus in preſenti inveſtitura, & de ſic attendere & obſervare, dare, & ſolvere ut ſupra legitur in promis &c. ſub pena &c. oblig. &c. Confitens ex nunc dictus Fictalis ſe tenere, & poſſidere ſupraſcriptas petias terre, & ſedimina ut ſupra deſcripta, & choerentiata tanquam verus fictalis ipſius Monaſterii, & tanquam a vero Domino, & poſſeſſore dicte fictualitie &c.

V I I.

Tabulae penſionis ab antedicto Roberto Beccaria Monaſterio Solutae, Triennium rationibus exequatis.

IN Nomine Domini Amen. Anno Nativitatis ejuſdem *A. D.*
milleſimo trecenteſimo quinquageſimo ſecundo Indictione 1352.
quinta die ſexto menſis Auguſti in Eccleſia majoris Lau- *6. Au-*
de, Preſentibus Domino Baxano Sacho, Cabrino dicto Bo- *guſti.*
tegino Codecaſa, & Leonino Corado Civibus Laude Teſtibus rogatis, & vocatis ad hec, & preſentibus, & pro ſecundis Notariis conſentientibus Leonardo Brugatio, & Florio Alono

D Nota-

Notariis Civitatis Laude; Ibique VENERABILIS VIR DOMINUS FRATER MICHAEL DE GRASSIS, Civitatis Papie Sindicus, & Procurator, & Sindicario, & Procuratorio Nomine Monaſterii, Capituli, & Conventus HOSPITALETTI SANCTI PETRI DE SENA ut de ipſo Sindacatu, & Procura conſtat publico Inſtrumento rogato, & tradito per me Notarium infraſcriptum Anno milleſimo, trecenteſimo quadrageſimo nono Indictione ſecunda, die nono Menſis January, & de cujus mandato alias, & me nunc legiptime fidem facit ſpecialiter ad hec, & alia facienda, & complenda conſtitutus nomine & vice dicti Monaſterii, Capituli, & Conventus ejuſdem manifeſtavit tacitus & contentus fuit habuiſſe, & recepiſſe a Domino Roberto de Beccaria Civitatis Papie, ibi preſente ſtipulante, & ſolvente modios centum Furmenti, modios octoginta Furmentate, modios quinquaginta miſture ſichalis, & milii, Florenos viginti quinque auri boni ponderis, Penxios quindecim Caſei Mazenghi, Penxios duodecim Butiri, & hoc pro ficto, & nomine ficti Anni proxime preteriti omnium illarum Terrarum, Bonorum, & Jurium, quas habet, & tenet dictus Dominus Robertus de Beccaria a dicto MONASTERII HOSPITALETTI DE SENA, Capituli, & Conventus ejusdem ut conſtat publico Inſtrumento Inveſtiture rogato, & tradito per me Notarium infraſcriptum Anno milleſimo trecenteſimo quadrageſimo octavo, Indictione prima die decimo nono menſis martii ad quam dicte Partes in totum referuntur; Et quod eſt ſibi dicto Nomine plene, & integre ſolutum, & ſatisfactum de dicto ficto de Annis proxime preteritis, videlicet de Anno 1349. 1350. & de Anno 1351. promit. quod dictum Monaſterium erit, & ſtabit tacit. & content in predicta ſolutione, & conſignatione, & faciet, & curabit cum effectu qualibet aliam Perſonam Agentem per dictum Monaſterium ſic eſſe, & ſtare tacitam, & contentam in predicta ſolutione, conſignatione, & confeſſione ſub pena, & in pena totius dampni,

pni, diſpendii, Intereſſe, & expen. preſente, ſtipulante, & obbligante ſe dicto nomine omnia bona dicti MONASTERII HOSPITALETTI DE SENA preſentia, & futura pignori; Et quod nunquam veniet contra predicta, vel aliquid predictorum de facto, nec de jure ſub pena ſupraſcripta; Renuncian., except. non facte dicte confeſſionis, promiſſionis & obbligationis, & ſpey future numerationis, receptionis, & conſignationis, & non ſic celebrati dicti Contractus, & rey non ſic geſte ut ſupra dolli, Malli, actioni in factum, & omni aly juri probationi, & defenſioni in contrarium, confitens dictus Dominus Robertus de Beccaria Fictalis dicti Monaſterii, quod tenuit, & tenet dictas petias terre, ſedimina jura, & Bona, & quod ſolvit, dedit, & conſignavit dictos modios ducentum triginta, Florenos viginti quinque Auri, Pexios quindecim Caſey Mazenghi, & Penxios duodecim Butiri tamquam verus Fictalis ipſius Monaſterii, & tamquam a vero Domino & poſſeſſore dicte fictualitie &c.

VIII.

Reverendiſſimus Dominus D. Johannes Vicecomes Sanctae Mediolanenſis Eccleſiae Archiepiſcopus, Mediolani, Laudae, Pap.ae, & Cremonae Dominus Generalis, Jacobo de Armaſolis Priori, & Monachis SANCTI PETRI HOSPITALETTI *Pradium offert in Agro Pizolani Perticarum* 4250. *ob reverentiam, & augmentationem* VENERABILIS ORDINIS, ET RELIGIONIS VENERABILIS PATRIS SANCTI HIERONYMI.

IN Nomine Domini amen. Anno Nativitatis ejuſdem *A. D.*
milleſimo trecenteſimo quinquageſimo tertio Indictione 1353.
ſexta, die ultima Marty. In Eccleſia SANCTI PETRI HOSPI- 31.
TALETTI DE SENA, ſita in Monaſterio dicti Loci HOSPITA- *Martii.*
LETTI DE SENA. Preſentibus Vixamino Porchetta famulo Re-

Reverendiſſimi Domini Archiepiſcopi Mediolani, Antonio Lambrioxo, & Johannino Citrino, & quam pluribus aliis Teſtibus notis, idoneis, rogatis, & vocatis ad hec & preſentibus, & pro ſecundis Notariis conſentientibus Antoniolo de Lavagna, & Cabrino Fellato Notariis Civitatis Laude. Ibique Reverendiſſimus in Chriſto Pater, & Dominus Dominus Johannes de Vicecomitibus Reveren. Sanċte Mediolanenſis Eccleſie Archiepiſcopus Mediolani, Laude, Papie, & Cremone Dominus Generalis, & cum pro Negotio Dominy ſui venierit de Civitate Papie ad Civitatem Cremone cum magna millitia hominum, & familiar. armor., & cum magna copia Civium papien. & Lauden., tranſiens per locum Hospitaletti Sancti Petri De Sena, aſpiciens vidit, vidit Eccleſia prediċta Sancti Petri Hospitaletti De Sena, quem ſemper geſſit, & gerit erga Eccleſiarum, & Monaſteriorum Chriſtiane Religionis, quem ſemper divina Officia, & Miſſarum cum devotione celebrantur. Ingrediens in diċta Eccleſia videns Cura, et ſolicitudine in Divina officia, et Miſſas cum devotione in diċta Eccleſia, & Monaſteris celebrantur pro unam diem, & noċtem, commoratus eſt in diċto Monasterio Hospitaletti De Sena. Cogitans quod diċt. Domini Fratres diċti Monaſterii per incomodum Divina Officia caren., & quod diċt. Monaſt. reditui, & proventus, habet, & habere poſſit in ſubſtantia pauperes Chriſti, & egenis diſtributionem accomodant, & diſtribuuntur, motus eſt pietatis, & devotionis, & amore Dei, & devotionis diċti Monaſterii Capituli, & Conventus ejusdem, & ad confirmationem ment: boni devote vivent:, & veri ſervitores Chriſti in operibus divinis perſeverant: in diċto Monasterio Hospitaletti De Sena ad perpetuam memoriam prefati Remi Domini Archiepiſcopi in diċto Monaſterio permaneret, & permaneat, conſideransque fragilitatem humanam, que ſemper ad non eſſe declinat, & quod prefatus Dominus Dominus Revmus Archiepiſcopus nil me-

lius

Digitized by Google

lius facere poſſit, nec poteſt, quam ſue anime de ſalubri remedio providere, attendens Evangelium dicens quod in Sanctis, ac venerabilibus locis, & Monaſteiiis aliquid de ſuis rebus contulerit, in hoc ſeculo centuplum accipiet: Et inſuper quod melius eſt vitam poſſidere eternam quam gloriam hujus mundi fiduciam, & ſpem habere. Conſtitutus reverenter in ſupraſcripta Eccleſia S. Petri Hospitaletti De Sena ante cornua Altaris majoris dicte Eccleſie, & coram Venerabili Viro Domino Fratre Jacobo De Armasolis Civitatis Florentie Priori dicti *Monaſterii*, *Capituli*, *& Conventus* ejusdem, & quampluribus aliis Fratribus dicti Monasterii Hospitaletti De Sena Capituli, & Conventus ejusdem ibi preſentibus, ſtipulantibus, & acceptantibus nomine, & vice dicti *Monaſterii*, Capituli, & Conventus ejusdem, ad honorem, & ob reverentiam Divine Majeſtatis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti glorioſiſſime alme Virginis Marie, totius Curie Celeſtis, & augmentationi Venerabilis Ordinis Et Religionis Venerabilis Patris S. Hieronymi Quem Ecclesiam Romanam, Et Totam Christianam Religionem De Suis Meritis Jubilat, Et Tonat. Sponte, & ex certa ſcientia prefatus Revmus Dominus Dominus Archiepiſcopus, & non per aliquem errorem juris, nec facti, ſed ſpontanea, & mera ejus volontate fecit, & facit oblationem, offerſionem, & donationem inter vivos meram puram, & irrevocabilem omnibus, & ſingulis ingratitudinis cauſas totaliter remitten:, & amoven: ac traditionem, & datum, & totius ipſius prefati Reveren. Domini Domini Archiepiſcopi juris ceſſionem ad proprium, et ad lodum liberam, et expeditam ab omni onere, et gravamine fict. cenſu conditione, et ſervitute alicujus dandis preſtandis, et ſubſtinendis tanquam de bonis propriis prefate Camere prefati Domini Domini Donan., et oblan. ut ſupra, ut ibi dixit, et proteſtatus fuit In Venrabilem Religiosum Dominum Fratrem Jacobum de Armaſolis Civitatis Florentie Priorem

dicti

dicti Monasterii Hospitaletti S. Petri De Sena ibi preſentem, ſtipulantem, et recipientem nomine, et vice dicti *Monaſterii*, Capituli, et Conventus ejusdem, et Ordinis, Et Religionis Suprascripte S. Hieronymi, et per ipſum *Monaſterium*, Capitolum, et Convent. ejusdem ſtipulantem, et acceptantem, et in me Andiolum Telatum Notarium infraſcriptum publicam Perſonam ſtipulantem, et recipientem nomine, et vice dicti *Monaſterii*, Capituli, et Conventus ejusdem, et per me Notarium infraſcriptum in dicto *Monaſterio*, Capitulo, et Conventu ejusdem nominative de Perticis quattuor millia ducentum quinquaginta Terre aratorie avithate, prathive, et buſchive in pluribus Campis ſimul ſe tenentibus jacen. in Territorio *de Pizolano* que eſt Terit., et ſupoſit. loci de la Somalia Epiſcopatus Laude incipien. prope ſedimina dicti loci, uſque in confinibus dicti loci Hospitaletti De Sena, que eſt dicti Monaſterii, poſtea detinendo verſus loci predicti de la Somalia, poſtea detinende dicte petie terre ut ſupra uſque in Confinibus locis de Caſali Puſterlengorum, et de Zoileſco Epiſcopatus Laude, quas Petias Terre ut ſupra tenet ad fictum D. Girardum de Cadamuſtis Civem Laudenſem a prefate Camere prefati Domini Domini Noſtri, choeren. Inſuper totum dict. perticas quatuor millia ducentum quinquaginta Terre ut ſupra ab una parte dicti Monasterii Hospitaletti De Sena ab alia prefate Camere Domini Domini noſtri Donatoris ut ſupra, ab alia Territorii predicti de Caſali Puſterlengorum in parte & in parte Territorii de Zorleſco, & ab alia dicta Sedimina, & Territorii de Pizolano, vel alie ſint choerentie veriores ſi que ſint, & ſi erratum eſſet in choerentiis ſemper ſtetur verioribus choerentiis. Et hoc fecit dictus Dominus Revmus Donatarius ut ſupra in remedio, et pro remedio anime ſue et defunctorum ſuorum, cum hac conditione, quod dictus Ordo S. Hieronymi teneatur, & obligatus ſit omni die celebrare ſeu celebrari facere quattuor miſſas cum Commemoratione ipſius

ipſius Revmi Domini Donat. uſque in perpetuum; Et ſemel in qualibet Anni facere, ſeu fieri facere unum Officium a mortui ſolempne; Ita ut amodo in antea predict. *Monaſt.* modis ſupraſcriptis, & ſucceſſoribus ſuis uſque in perpetuum. habere, tenere, gaudere, poſſidere debeant et poſſint ſupraſcripta bona ut ſupra donata, & oblata una cum acceſſibus, Ingreſſibus, regreſſibus, uſſibus, finibus, & juribus ſuis omnibus ſuperioribus, & inferioribus, & faceant, & facere poſſint dict. Dominis Frat. dict. nomine jure proprii nomine, quotquod voluerit aliisque alicujus contradictione, & moleſtia; que dummodo ipſa bona ut ſupra oblata, & donata, vendi, alienandi, nec diſtribuendi nixi pro ut jur. Canonico &c. nec habeant poteſtatem conſtit. &c. quam accipien. &c. Renuncian. &c. Et item &c. Et fecerunt &c. Et ita, & taliter &c. Et ejuſdem &c. ponen. &c. dans &c: promit. &c. oblig. &c. transferen. &c. et in omnibus &c.

I X.

Tabulae Venditionis jurium, ſi quae eſſent DD. Comitum Palatinorum in Fundis Pizolami ab Johanne Vicecomite Archiepiſcopo, & Domino Mediolani oblatis, & dono deditis HIERONYMIANO COENOBIO SANCTI PETRI HOSPITALETTI.

IN Nomine Domini Amen. Anno Nativitatis ejuſdem *A. D.* milleſimo trecenteſimo quinquageſimo tertio Indictione 1353. ſexta die ſexto menſis Aprilis in Civitate Laude videlicet in 6. *A-* quadam Domus Domini Arnulfi de Fixiraga ſita in vicinia *prilis.* Sancti Nicholini, preſentibus Domino Baxiano Sacho, Betino dicto Botegnino Chodecaſa, et Florio Alono Civibus Laude notis Teſtibus rogatis, et vocatis ad hec; Et preſentibus et pro ſecundis Notariis conſentientibus Johannino Brioſcho, et Petro Dardanono Notariis Civitatis Laude. Ibique ſpecta-

ſpectabiles Domini Comites Marcabotus, et Filiaſter Fratres de Palatino filii quondam ſpectabilis Dñi Petri de Petri de Palatino Comes Laude ſponte, et ex certa ſcientia, et non per errorem fecerunt, & faciunt per venditionem, traditionem, & datum, & totius ſui juris ceſſum ad proprium, & ad lodum liberam, & expeditam ab omni onere, ficto, cenſu, & ſervitute, & it quod jus actionem, rationem, & cauſam habent pertinent, & ſpectant in perticis quatuor millia ducentum quinquaginta Terre arratorie, avithate, prathive Zerbie, & buſchive jacen. in Territorio de la Somalia, et de Pizolano Epiſcopatus Laude, quas dictas perticas quattuor millia ducentum quinquaginta aplicat. fuerunt, et ſunt Camere Domini Domini Noſtri Generalis Mediolani, Laude &c. Et dictus prefatus Dominus Dominus Noſter fecit oblationem, offerſionem, et donationem Monasterii Hospitaletti S. Petri De Sena, ut conſtat pubblicum Inſtrumentum oblationis, et donationis rogatum, et traditum per me Andriolum de Fellatis Notarium publicum Laudenſem Anno, et indictione preſen. die ultimo menſis Martii tamquam bonis propriis Camere prefate Domini Domini Noſtri &c. Alicujus dandis preſtandis, vel ſubſtinendis modo ſupraſcripto In Venerabilem Virum Dominum Fratrem Jacobum De Armasolis Civitatis Florentie Priorem Dicti Monasterii S. Petri Hospitaletti De Sena ibi preſentem, ſtipulantem, et ementem nomine, et vice dicti Monasterii Hospitaletti De Sena Capituli, et Conventus ejusdem, et per ipſum Monaſterium dictum Fratrem Jacobum ſtipulantem, et ementem nominative de omni jure, actione, ratione, et cauſa quod habent, pertinent, et ſpectant dictis Dominis Comitibus Marchaboto, et Filiaſtro in dictis Perticis quatuor millia ducentum quinquaginta Terre arratorie, avithate, prathive, zerbie, et buſchive jacentibus in dictis Territoriis de la Somalia, et de *Pizolano* Epiſcopatus Laude choerep. ab una parte ſediminis, et Territ.
dicti

dicti Loci de *Pizolano*, ab alia Territorii de Zorleſco in parte, et in parte Territorii de Caſali Puſterlengorum, ab alia prefate Camere prefati Domini Domini Noſtri &c., et ab alia dicti MONASTERII HOSPITALETTI DE SENA, vel ſi que ibi alie ſint Choerentie, et ſi erratum eſſet in Choerentiis, non propterea noceat veritati, ſed ſemper ſtetur verior: choer. Quam autem Venditionem traditionem et datum, et tocius ſui juris ceſſum ad proprium, et ad lodum, liberam et expeditam ut ſupra fecerunt, et faciunt dicti Fratres de PALATINO infraſcriptum Emptorem dicto nomine ibi preſentem, recipientem, et ementem pro pretio, et Mercato inter eos finito, et complecto librarum mille quatuor centum imperialium; Quos denarios, et quod pretium manifeſtaverunt taciti confeſſi, et contenti fuerunt dicti Domini Venditores ſe ab eo Emptore dicto nomine ibi preſente habuiſſe, et recepiſſe in pecunia numerata renuntian. expt. non habite, et recepte, date et eis numerate dicte pecunie ut ſupra, et ſpeii future receptionis, et numerationis, et non facte dicte venditionis; Et quod dicti Venditores non poſſint ullo tempore dicere, opponere, nec alegare ſe fore decepti in dimidia nec ultra dimidiam juſti pretii ut ſupra dolli malli actioni infactu, et omni juri probationi, et deffenſioni in contrarium, ita ut amodo in antea predictus Emptor dictorum nomine, et Succeſſorum dicti Monaſterii, & cui dederint habere, tenere, gaudere, & poſſidere debeant dict. Vendit. & dat. Juris ceſſor. cum acceſſibus Ingreſſibus, regreſſibus, Uſibus, finibus, & juribus ſuis omnibus ſupra, & infra, Et facere de ea, & in ea Venditione in re propria nomine dicti *Monaſterii* quotquod voluerit ſine contradictione, & moleſtia alicujus perſone conſtituent. dicti Domini Venditores omnem Jus quod habent, pertinent, & ſpectant in dictis Perticis quatuor millia ducentum quinquaginta Terre ut ſupra ſe ſe tenere, & poſſidere ſupraſcriptam Venditionem, & dat. nomine, & vice dict. Emptoris dictorum nomine,

mine, vel qui dictus Emptor dicto nomine Vendit. predict. poſſeſſionem acceperit corporalem transferen. &c. Ponentem eum Emptorem dict. Nomine in ſuum locum Dant. ei Emptori dict. nomine parabolam, & licentiam intrandi, & Standi in corporalem Poſſeſſionem & tenutam ſupraſcripte Venditionis, in qua Venditione ex nunc ſua auctoritate propria intrare poſſit, & ei liceat. Et illiquo dict. Vendict., & utramque eorum omni ſuo penit. renunciaverunt; & ſe ſe abſentes fecerunt, & dederunt ei Emptori dict. nomine ibi preſenti, & ſtipulanti ceſſerunt, tradiderunt, adque mandaverunt omnia ſua jura omneſque ſuas actiones, retentiones, replicationes &c. manifeſtantes, & confitentes dicti Venditores quod nulli aly vendiderunt, donaverunt, tradiderunt, nec pignor. oblig. ſupraſcriptam vendictionem, & donationem nixi ſupraſcripto Emptori dicto Nomine pro pretio ſupraſcripto; Et promiſerunt dicti Venditores, tradit. poſſeſſionem dicti Venditores dicto Emptori Vacuam liberam, & expeditam ad ſui Emptoris dict. nomine ad ſuam liberam voluntatem omni exceptioni remota; Et tunc promiſerunt dicti Venditores pro Solempni ſtipulatione legiptime interpoſita, ita quod utramque eorum principaliter, & inſolidum teneant. & conveniri poſſint principaliter, & inſolidum renuncian. jure de principali prius ſecundo fore conveniendo; Et jure de duobus debitoribus, ſeu promiſſoribus pro rata conveniendis nove conſtitutionum Veliani, & Epiſtole divi Adriani novarum conſtitutionum, & omni alii jur. ex except. ſupraſcripto Emptori dict. nomine ibi preſenti, et ſtipulanti oblig. eis ſe ſe, et omnia ſua bona pignori preſentia, et futura: Quod deffendent, deſplicabunt, et guarentabunt ei Emptori dicto nomine ſupraſcriptam venditionem, et dationem ab omni perſona, perſonis communi, colegio, et Univerſitate contradicen. ſuis propriis expenſis, dampnis, et intereſſe tam in agendo, quam in ſe deffendendo, ſicut pro tempore fuerit meliorata, aut plus va-
lue-

luerint ſub extimatione in conſimili loco uſque in perpetuum; Et exinde poſuerunt dicti venditores ei Emptori dicto nomine ibi preſenti ſtipulanti, et recipienti fidem Dominum Arnulfum de Fixiraga filium quond. . . . . ibi preſentem, et volentem, quod dictus Dominus Arnulfus pro predictis venditoribus, perpetuo, et omni tempore deffendet, et guarentabit ab omni Perſona, Perſonis, Communi, Colegio, et Univerſitate contradicen., et predictis omnibus, et ſingulis atendendis, et obſervandis ut ſupra ſe conſtivit fidem debitorem principalem penes dicto Emptori ibi preſenti, et ſtipulanti obligan. ei ſe et omnia ſua bona pignori preſentia, et futura, ita ut dictus Dominus Arnulfus ſe fidem debitor. et deffenſor. principalem, et principaliter, et inſolidum teneatur conveniri poſſit principaliter, et inſolidum renuncian. &c. Et predicta omnia, et ſingula vera eſſe rata, et firma habere, et tenere, et nunquam contra facere, vel venire de facto, nec de jure dicti Venditores, et fidem tactis ſcripturis propriis manibus ad Sancta Dei Evangelia corporaliter juraverunt &c.

X.

Acta Poſſeſſionis antedicti Pradii pert. 4250. *ab* HIERONYMIANIS *acceptae*.

IN Nomine Domini Amen. Anno Nativitatis ejusdem Milleſimo trecenteſimo quinquageſimo tertio Indictione ſexta, die vigeſimo tertio menſis Aprilis infraſcriptas petias Terre, preſentibus Maſieti, et Martini Fratres de Lecamis, Ugino Cirexia, et Beltramo Bonono Civibus Laude Teſtibus notis, rogatis, et vocatis ad hec; Et preſentibus, et pro ſecundis Notariis conſentientibus Florio Alono, et Marthelo Fellato Notariis Civitatis Laude. Ibique Revmus in Chriſto Pater, *Dominus Dominus Johannes de Vicecomitibus Sancte Mediola-*

A. D. 1353. 23. *Aprilis*.

Mediolanenſis Eccleſie Archiepiſcopus Dominus Generalis &c. de Anno, et indictione preſenti die ultimo menſis Martii pro ſolempni Inſtrumento fecit oblationem, offerſionem, donationem, traditionem, et datum, et totius ſui juris ceſſionem *in Eccleſiam, & Monaſterium* S. Petri Hospitaletti De Sena *Epiſcopatus Laude*, tamquam bonis propriis prefate Camere prefati Domini &c. de perticis quattuor millia ducentum quinquaginta Terre arratorie avithate, prathive, zerbie, & buſchive jacentibus in Territorio *de Pizolano*, & partim de la Somalia Epiſcopatus Laude pro ut in dicta oblatione, et donatione latius apparet; et etiam ſpectabiles Domini Comites Marchabotus, & Filiaſter Fratres de *Palatino* fecerunt Venditionem, traditionem, & datum, et totius juris quod habent, & pertinent in dictis perticis quattuor millia ducentum quinquaginta Terre ut ſupra in dictam *Eccleſiam, & Monaſterium* S. Petri Hospitaletti De Sena, prout latius apparet in dicto Inſtrumento Vendictionis rogato, & tradito per me Notarium infraſcriptum Anno, Indictione preſenti die ſexto menſis Aprilis. *Nunc Venerabilis Vir Dominus Frater Jacobus de Armaſolis Civitatis Florentie Prior dicti Monaſterii* S. Petri Hospitaletti De Sena Sindicus, et Procurator, & Sindacario, & Procuratorio nomine dicti *Monaſterii* S. Petri Hospitaletti De Sena, ut conſtat publico Inſtrumento Sindacatus, et Procura rogat., et tradit. per me Andriolum de Fellatis Notarium publicum Laudenſem Anno Indictione, & die in eo contentis, vigore auctoritate, licentia, et baylia data per prefatum Reverendiſſimum Dominum Dominum Archiepiſcopum Dominum noſtrum &c. oblatorem ut ſupra; Et per dictos Dominos Comites *de Palatino* Venditores ut ſupra, et Cauſam habent. pro ſupraſcripta Inſtrumenta oblat., et vendict. ſecundum curſum, ſtillum, et conſuetudinem Communis dicte Civitatis Laude, volens dictus *Dominus Frater Jacobus de Armaſolis Prior ut ſupra nomine dicti Monaſterii* Hospitaletti De Sena onus juris remedia ad dictas petias Terre

re Perticarum quatuor millia ducentum quinquaginta acce-dere, et corporalem Poſſeſſionem, et tenutam aprehendere, manutenere, et intrare omni modo, via, cauſa, et forma, quibus melius potuit, et poteſt de jure *dictus Dominus Frater de Armaſolis nomine dicti Monaſterii* Hospitaletti S. Petri De Sena, et per ipſum *Monaſterium* Hospitaletti De Sena, acceſſit, aprehendit, et intravit in corporalem Poſſeſſionem, et tenutam infraſcriptarum Petiar. Terrar. dict. Pertic. quatuor millia dugentum quinquaginta Terre aratorie, prathive, avithate, zerbie, et buſchive ut ſupra; et in qualibet petia tam divixa quam ſimul ſe tenente. In primis acceſſit, & intravit in petiam unam Terre arratorie, & avithate perticarum ducentum quinquaginta octo prope dictum *Locum de Pizolano*; item in aliam unam petiam Terre prathive Perticarum mille quinquecentum novem jacent. in dicto Territorio, ubi dicitur *ad Valles Pizolani*, item in unam aliam petiam Terre aratorie, & partim zerbi Perticarum ſeptem centum octoginta ſex jacent. in dicto Territorio, ubi dicitur ad Campum ſavorum, ſive ad lapidem vivam. Item in unam aliam petiam Terre buſchive Perticarum novem centum quadraginta quinque jacen. in dicto Territorio ubi dicitur ad Buſchum Pexini, ſive ad Lamas, item in unam aliam petiam terre aratorie Perticarum quatuor centum ſeptem jacent. in dicto Territorio, ubi dicitur ad Campum del Bongode, item in unam aliam petiam Terre aratorie jacent. in dicto Territorio, ubi dicitur ad Campum Felexorum, ſive ad Pizonum perticarum ſeptuaginta duo, item in unam aliam petiam Terre aratorie, & partim prathive perticarum ducentum viginti trium jacen. in dicto Territorio ubi dicitur ad Campum guerinum deguaſtatum, quas ſupraſcriptas Petias Terre ut ſupra ſimul ſe tenentes choer. inſuper totum ab una parte Territorii de Caſali Puſterlengorum in parte, & in parte Territorii de Zorleſco Epiſcopatus Laude, ab alia Sedimina, & Territorii dicti loci de

Pizo-

Pizolano ab alia Monaſterii Hospitaletti De Sena, &ab alia loci de la Somalia, vel alie ſunt choerentie veriores, & ſi erratum eſſet in choerentiis, non propterea noceat veritati, ſed ſemper ſtetur veris choerentiis, & omnia, & ſingula alia neceſſaria in predictis; & circa predicta opportuna fecit *dictus Dominus Frater Jacobus de Armaſolis nomine dicti Monaſterii* adhiben. ſolempnitatibus in predictis, que in talibus ſolent adhiberi ſic adhibit. per me Notarium infraſcriptum Eundo *dictus Dominus Frater Jacobus Prior* ut ſupra per ipſas petias Terre ut ſupra deſcriptas, et notatas, Eique *Domino Fratri Jacobo* dicto nomine accipien., & quod accepit in ejus manibus, & gremio de terra, lignis, lapidibus, frondibus, & Erba in eis exiſten., ac in eis, & in ipſis Petiis Terre ut ſupra ſtando, & morando, ac perſeverando per ſpatium tempus nemine impedien. nec contradicen. et hoc in ſignum vere tenute corporalis poſſeſſionis aprehenſionis, ceteraque alia feciſſe, & adimpliſſe, qua in talibus, & ſimilibus fieri debent, et conſueverunt tam de jure, quam ex de conſuetudine, Et item ad principien., & quod precipiat & per hec preceptum idem *Dictus Dominus Frater Jacobus Procurator* ut ſupra, nomine quo ſupra precipien., mandat omnibus, & ſingulis Maſſarijs, fictabilibus, laboratoribus, et redituariis, ac detentoribus ipſarum infraſcriptarum Terrarum, quatenus infra tres dies proxime futuros ipſa bona ſpacient, & avacuent, & ſpaciari, & evacuari debeant, et quod de eis, nec partem eorum ſe aliqualiter non intromitant, nec intromittere debeant in vacuo, nec in pleno, aut quod infra ipſum terminum de ipſas infraſcriptas petias terre ſe inveſtiant, & inveſtituram novam, et ſolempnem accipiant a *dicto Dño Dño Fratre Jacobo Procuratore* ut ſupra pro conpetenti ficto, ſeu reditu; Et hoc ſub pena, & bano turbat. moleſtat., et inquietat. poſſeſſionis, et ſub omnia alia pena in Statutis, et Ordinationibus Communis Laude appoſitis, & contentis, alioquin *Dictus Dominus Frater Jacobus* dicto nomine

mine contra eos; & qualibet eorum procederet, et procederetur omnibus modis, quibus melius poſſit de jure, & de ſupraſcriptis omnibus, & ſingulis *dictus Dominus Frater Jacobus Procurator ut ſupra nomine dicti Monaſterii* rogavit me Notarium infraſcriptum publicam perſonam publicum conficerem Inſtrumentum unum, et plura ejusdem tenoris prout fuerit neceſſarium, et opportunum &c.

X I.

Tabulae Locationis ejusdem Praedii, Gherardo Cadamuſto factae ab Jacobo de Armaſolis Priore Monaſterii S. Petri Hospitaletti.

IN Nomine Domini Amen. Anno Nativitatis ejuſdem millesimo trecenteſimo quinquageſimo tertio indictione ſexta die decimo menſis Madii In Ecclesia maiiori Laude preſentibus Domino Presbitero Damio Barono Canonico dicte Ecclesie maiioris, Presbitero Franciſco de Ponterolo, et Joanino dicto Botengo Ferrario Civibus Lauden. Teſtibus rogatis, notis, & vocatis ad hec; Et preſentibus, & pro ſecundis Notariis Conſentientibus Petro Dardanono, & Cabrino Fellato Notariis Civitatis Laude. *Ibique Venerabilis Vir Dominus Frater Jacobus de Armaſſolis Civitatis Florentie Prior Monaſterii* Sancti Petri Hospitaletti De Sena Dioceſis Laudenſis, Sindicus, & Procurator, & Sindacario, & Procuratorio nomine dicti *Monaſterii* Hospitaletti De Sena, de cujus Sindacatu, & procura alias, & nunc legiptime fidem fecit, rogat., & tradit. per me Notarium infraſcriptum Anno, Indictione, & die in eo contentis, nomine, & vice dicti *Monaſterii*, & per *ipſum Monaſterium* inveſtivit ad fictum, cenſum reden. livelario nomine uſque ad novem Annos proxime futuros inceptos in Feſto Paſcatis Reſurectionis Domini Noſtri Jeſu Chriſti proxime preterite adølioran., & non ad pejo-

A. D. 1353. 10. *Maij*.

pejoran. ad infican., & non ad defican. Dominum Girardum de Cadamuſtis Civem Laude, olim fictalis de Infraſcriptis petiis terre *Camere Domini Domini Noſtri*, & per oblationem, & donationem factam per prefatum *Dominum Dominum Noſtrum* de infraſcriptas petias Terre prevent. ſunt in *Dicto Monaſterio* prout eſt Inſtrumento aprehenſionis facte per dictum *Dominum Fratrem Jacobum de Armaſolis Procuratorem ut ſupra nomine dicti Monaſterii*, videlicet in primis Petiam unam terre aratorie, & avithate jacen. in Territorio *de Pizolano* Epiſcopatus Laude prope dictum locum Perticarum ducentum quinquaginta octo; Item petiam unam terre prathive jacen. in dicto Territorio, ubi dicitur *ad Valles Pizolani* Perticarum mille quinque centum novem. Item unam aliam petiam terre aratorie, & partem Zerbi jacen. in dicto Territorio, ubi dicitur ad Campum favorum, ſive ad Lapidem vivam Perticarum ſeptem centum octuaginta ſex; Item unam aliam petiam terre buſchive jacen. in dicto Territorio, ubi dicitur ad buſchum Pexini, ſive ad La nas Perticarum novem centum quadraginta quinque; Item unam petiam terre aratorie jacen. in dicto Territorio, ubi dicitur ad Campum del Bongode Perticarum quatuor centum ſeptem; Item petiam unam Terre aratorie jacen. in dicto Territorio ubi dicitur ad Campum ſelexorum, ſive ad Pilaſtrum Perticarum ſeptuaginta duo; Item petiam unam Terre aratorie, & partim prathive jacen. in dicto Territorio ubi dicitur ad Campum Guerinum deguaſtatum Perticarum ducentum viginti trium, quas Petias Terre ſe ſimul tenent. choerent. inſuper totum ab una parte Territorii de Caſali Puſterlengorum, in parte, & in parte Territorii de Zorleſco Epiſcopatus Laude, ab alia dicta Sedimina dicti loci de *Pizolano*, & Territorii cum ab alia dicti *Monaſterii* Hospitaletti De Sena, & ab alia Territorii de la Somalia Epiſcopatus Laude, vel alie ſint choerentie, & ſi erratum eſſet in Choerentiis, non propterea noceat veritati, ſed ſemper ſtetur verior. choer.. Ita ut in modo

modo antea predictus Fictalis, & ejus heredes, & cui dederint habere, tenere, gaudere, & poſſidere debeant predicta fictualitia &c. una cum acceſſibus, Ingreſſibus regreſſibus, uſibus, finibus, & juribus ſuis omnibus ſupra, & infra, & facere in ea, & pro ea fictualitia jure livellario nomine quotquod voluerit ſine contradictione alicujus Perſone; Et perſolvere exinde debeant predict. fictal. & ejus heredes, & cui dederint *ipſo Monaſterio*, *aut Agentibus per dictum Monaſterium*, & cui dederint omni Anno pro ficto, & nomine ficti hujus fictualitie in ſingulo Feſta Paſchatis Reſurectionis Domini Noſtri Jeſu Chriſti, incipien. ſolutionem dicti ficti in dicto Feſto Reſurectionis de Anno milleſimo trecenteſimo quinquageſimo quarto ac deinde de Anno in Anno uſque in fine dicte Locationis Librar. octo centum quinquaginta ſeptem. Imper. & ſi tranſierit menſem unum poſt dictum terminum ipſo facto non ſolutum, tunc ipſis Dominis dict. nomine ſine Calumpnia deffitare, & cadat fictalis predictus a jure ſuo; Et nichilominus teneatur ad ſolutionem ficti predicti non ſoluti, retinente in ſe ſemper dictus Dominus dicto nomine dominium, & poſſeſſionem dicte fictualitie, & omnium fructuum exuntium ex ea donec ſoluti fuerint de dicto ficto non ſoluto, & de ſic atendere, & obſervare, dare, & ſolvere, ut ſupra legitur in promiſſione dicti ficti de non contravenire, nec contrafacere de facto, nec de jure ſub pena totius dampni, diſpendii Intereſſe, & expen. reſtituere ſine Sacramento prein. ſtipulationis & obligationis, & oblig. ei ſe, & omnia ſua bona pignori preſentia, & futura, & ibi in continenti preſentibus ſupraſcriptis Teſtibus, & Notariis manifeſtavit tacitus, confeſſus, contentus fuit dictus *Dominus Frater Jacobus de Armaſolis Prior dicti Monaſterii* Hospitaletti De Sena Procurator ut ſupra habuiſſe, & recepiſſe a dicto Domino Girardo de Cadamuſtis ibi preſenti, ſtipulanti, & numeranti libras quinque centum

Imperiales ex libris octogentum quinquaginta ſeptem Imper. pro ſupraſcripta fictualitia Anni preſenti, promittens *dictus Dominus Dominus Frater Jacobus* ut ſupra, quod ſemper erit, & ſtabit tacitus, & contentus in predicta ſolutione dictararum librarum quinquecentum imperialium occaxione ſupraſcripta, & faciet, & curabit cum effectu quamlibet aliam Perſonam agentes per *dictum Monaſterium*, vel habentes cauſam a *dicto Monaſterio* HOSPITALETTI DE SENA, quod ſemper erit, & ſtabit tacitam, & contentam in predicta ſolutione, & confeſſione, & in omnibus, & in ſingulis ſupraſcriptis; & quod nunquam veniet contra predicta vel aliquod predictorum de facto, nec de jure ſub pena, & in pena totius dampni, diſpendij, & intereſſe & expen. præſcrit. ſtipulant. & obblig. ei ſe dicto nomine omnia ſua bona & *dicti Monaſterij* preſent. & futura pign. renuntian. exceptionum non facte dicte confeſſionis, promiſſionis, & obbligationis, & ſpeij future ſolutionis, & numerationis dictarum librarum quinquecentum imperialium cauſa ſupraſcripta, & non ſic celebrati dicti contractus, & reij non ſic geſte ut ſupra dolli, malli actionis in factum, & omnique alij juris probationis, & deffenſionis in contrarium, confitens dictus Dominus Gerardus de Cadamuſtis ex nunc quod tenet, & poſſidet ſupraſcriptas petias Terre tamquam verus fictalis ipſius *Monaſterii*, & tamquam a vero Domino, et poſſeſſore dicte fictualitie &c.

XII.

Bonaventura Lampergus Agrum metitus, quem Prior, & Monachi HOSPITALETTI *dederant in empbiteuſim, illius deſcriptionem publicas in Tabulas refert.*

An. D. 1357. 3. *Decembr.* IN Nomine Domini Amen. Anno Nativitatis ejusdem Milleſimo trecenteſimo quinquageſimo ſeptimo Indictione undecima die tertio Menſis Decembris, *in quadam Portien Mona-*

ſterii Hospitaletti S. Petri De Sena *Diœceſis Laudenſis*, preſentibus Laurentio Acuto habitatore Loci de Orio Epiſcopatus Laude, Guielmo de Boldonis, & Baxiano Raynerio habitatoribus Loci de Liuraga dicti Epiſcopatus Civibus Laude notis Teſtibus, rogatis, & vocatis ad hec Et preſentibus, pro ſecundis Notariis Conſentientibus Lionino Brugatio, & Marcheto Fellata Notarijs Civitatis Laude; Ibique cum alias Inveſtitus fuit Dominus Rubertus de Beccaria Civis Papienſis *a Venerabili Viro Domino Fratre Antonio de Sancto Alberto tunc Priore dicti Monaſterii* Hospitaletti De Sena Sindico, & Procuratore *Monaſterii* Hospitaletti S. Petri De Sena, de cujus Sindacatu, & procura conſtat publico Inſtrumento rogato, & tradito per me Notarium infraſcriptum Anno Domini Milleſimo trecenteſimo quadrageſimo quarto Indictione, et die in eo contentis, talibus pactis in dicto Inſtrumento Inveſtiture appoſitis, et contentis quod dictus Dominus Rubertus de Beccaria Fictalis ut ſupra teneatur, et obligatus ſit in fine dicte Locationis per Inſtrumentum publicum, et ſolempnem dare, & conſignare omnes Petias Terre in dicto Inſtrumento Inveſtiture, contentas, menſuratas ad juſtam menſuram Laudenſem terminatas, & choerentiatas, pro ut erit tempore conſegnationis faciende Expenſis dicti Fictalis, ad quam Inſtrumentum dicte dicto nomine in totum ſe refferuntur rogatum, & traditum per me Notarium infraſcriptum Anno Milleſimo, trecenteſimo quadrageſimo octavo, Indictione prima die decimo nono Menſis Marty. Nunc vero dictus Dominus Rubertus de Becharia conſtitutus coram *Venerabili Viro Domino Fratri Laurentio de Odys de Parma Priori dicti Monaſterii* Hospitaletti De Sena, & in preſentia Dominorum Fratrum Capituli, & Conventus ejuſdem Monaſterii ſpecialiter ad infra facien., & complen. maxime volens dictus Dominus Rubertus de Beccaria ad dictum Pactum, & a dicta pena in dicto Inſtrumento Inveſtiture contenta ſe ab-

 ſol-

ſolvere, & liberare, & a promiſſione integre ſatisfacere dixit, manifeſtavit, & proteſtatus fuit pro ſolempni ſtipulatione legiptime interpoſita, quod omnes Petias Terre, quas tenuit, & tenet ad fictum a dicto Monaſterio ſunt menſurat. ad juſtam menſuram Laudenſem menſurat. per Magiſtrum Bonaventuram de Lampergo Menſuratorem Communis Laude ut in preſentia mei Notary, & ſupraſcriptorum Teſtium, & Notariorum ſupraſcriptorum dictus Magiſter Bonaventura, dixit, & proteſtatus fuit pro ſolempni ſtipulatione legiptime interpoſita jurando in manibus mei Notary jam dicti ut publica Perſona ſtipulanti, recipienti Nomine, & Vice dicti *Monaſterii*, & per ipſum *Monaſterium* in meij Notarij ad Sancta Deij Evangelia corporaliter propriis manibus tactis ſcripturis, quod bona fide, & ſine fraude mènſuravit infraſcriptas omnes petias terre ad juſtam menſuram Laudenſem nomine, et vice dicti *Monaſterii* Hospitaletti De Sena ut infra videlicet. In primis petiam unam Buſchi Perticarum duo millia ſexcentum octoginta octo jacen. in dicto Territorio Hospitaletti De Sena verſus loci de Brembio Epiſcopatus Laude choeren. ab una parte Heredum quondam Domini Petri de Liuraga in parte, & in parte Commune de Liuraga, & in parte Strata, ab alia *Domini Mediolani* ab alia *dicti Domini Mediolani* in parte, & in parte heredum quondam Domini Alberti de Ruſconibus, & ab alia dicti *Monaſterii* Hospitaletti De Sena; Item unam aliam petiam Terre prathive, prathi magri Perticarum mille centum quinquaginta ſeptem, & tabularum ſeptem cum dimidia jacen. in dicto Territorio prope Stratam Raynam, ubi dicitur ad Roborem magnam choeren: ab una parte dicta Strata Rayne, ab alia *Domini Mediolani*, ab alia illorum de Garotis, & ab alia *Domini Mediolani*, & fuit Domini Fanoni de Trexeno, & Conſortum; Item unam aliam Petiam terre aratorie, & partim zerbie, & modo eſt prathive Perticarum ducentum ſeptuaginta duarum cum dimidia

Digitized by Google

dia jacen. in dicto Territorio; ubi dicitur *ad ſopam Ranorum* Choer. ab una parte *Domini Mediolani* ab alia via in parte, & in parte fuit Domini Antonij Garote, & nunc eſt Plebis de Sena permutat., & camb. &c. ab alia *Dicti Monaſterii* Hospitaletti De Sena, & ab alia dicti Monaſterii in parte, & in parte Domini Filippi de Puſterla, & ſunt Domini Alberti Olzelli, & in parte Strata; Item unam aliam petiam Terre aratorie, & partim prathive in pluribus petijs ſimul ſe tenentibus Perticarum treeentum ſexdecim, & tab. trium cum dimidia jacentium in dicto Territorio, ubi dicitur in Luxirano, ſive *ad Valles Loci de Pizolano* choer. ab una parte Strata Rayne, ab alia *Eccleſie majoris Mediolani* in parte, & in parte Domini Mediolani, ab alia dicti Domini Mediolani, & ab alia *Dicti Monaſterii* Hospitaletti De Sena in parte, & in parte Strata; Item unam aliam petiam Terre aratorie, & partim avithate Perticarum ducentum duarum cum dimidia jacen: in dicto Territorio, ubi dicitur ad Campum de la Longhura choer: ab una parte Strata ab alia *dicti Monaſterii* Hospitaletti De Sena, ab alia Coſta dicti Loci, que eſt dicti Monaſterii, et ab alia dicti Monaſterii in parte, et in parte Strata; Item unam aliam petiam Terre Aratorie, et avithate Perticarum ducentum triginta quinque cum dimidia jacen. in dicto Territorio, ubi dicitur ad Vineam veteram, nunc dicitur ad Gloxium guaſtum, tendens verſus Loci de Orio Epiſcopatus Laude choer. ab una parte Commune de Orio ab alia Coſta dicti Loci, que eſt dicti Monaſterii, ab alia Strata in parte, et in parte dicti *Monaſterii*, et ab alia Strata; Item unam aliam petiam Terre prathive, et partim Zerbi perticarum ſeptem centum ſexdecim cum dimidia in pluribus petijs ſimul ſe tenentibus, nunc vero partim aratorie jacen. in dicto Territorio, ubi dicitur ad ſcolatorium, ſive ad prathos incaſtri magni choer. inſuper totum ab una parte Strata, que vadit a dicto Loco Hospitaletti ad Civitatem Laude, ab alia *Domino*

mini Mediolani, & fuit Domini Fanoni de Terexeno, & Conſortum in parte, & in parte illorum de Lampugnano de Orio, & in parte *Ecclesie Maijoris Mediolani*, & in parte SANCTI PETRI de Laude veteri, & ab alijs duabus partibus *dicti Monaſterii* HOSPITALETTI DE SENA; Item unam aliam petiam Prathi in Pluribus Campis ſimul ſe tenentibus Perticarum mille novem centum ſeptem jacen. in dicto Territorio verſus loci de Liuraga, ubi dicitur ad Prathos magros, nunc dicitur in Bongode choer. inſuper totum dicte Petie ab nna parte dicta ſtrata, que vadit a dicto Loco HOSPITALETTI ad Laude, ab alia Domini Antonii, & Fratrum de Liuraga in parte, & in parte *Domini Mediolani*, & in parte heredum quondam Domini Fanoni de Trexeno, & Conſortum & ab alia *dicti Monaſterii* in parte, & in parte acceſſus & ab alia dicti Monaſterii, & in parte Strata; Item unam aliam petiam terre Aratorie perticarum cinque centum quadraginta novem cum dimidia jacen. in dicto Territorio ubi dicitur in Brayda Comitum choer. ab una parte Coſte dicti Loci, que eſt *dicti Monaſterii* HOSPITALETTI DE SENA ab alia Domini Mediolani in parte, & in parte Plebis de Sena ab alia dicti Monaſterii in parte, & in parte Domini Mediolani, & ab alia Strata in parte, & in parte dicti Monaſterii. Item unam aliam petiam Terre aratorie Perticarum trecentum quatuor cum dimidia jacen. in dicto Territorio, ubi dicitur ad Campum Gramegne choer. ab una parte Strata ab alia *dicti Monaſterii* HOSPITALETTI, ab alia dicti Monaſterii in parte, & in parte acceſſus, & ab alia *Domini Mediolani*, & in parte fuit illorum de Rubeis, & nunc eſt Domini Mediolani, vel ſi que ibi alie ſint choerentie veriores &c. Item conſignavit ſedimina, prout conſignatum fuit in principio Inveſtiture. Item Rugia, que dicitur Rugia *Dominorum Fratrum* HOSPITALETTI DE SENA, dicens, & proteſtans dictus Dominus Rubertus de Beccaria, quod ſupraſcriptas Petias Terre ut ſupra choer. & menſuratas ſemper ten-

Digitized by Google

tenuit, & tenet ad fictum nomine, & vice dicti *Monaſterii* Hospitaletti Sancti Petri De Sena; qui dictus *Dominus Frater Laurentius* cum DD. Frat. Capituli, & Conventus dicti *Monaſterii* Hospitaletti De Sena, dictam Manifeſtationem, proteſtationem, & conſignationem factam, & factas per dictum Dominum Rubertum de Beccaria fictalem *dicti Monaſterii*, & Magiſtrum Bonaventuram de Lampergo Menſuratorem ut ſupra acceptaverunt, & acceptant, & in ſe ſponte ſuſcipiunt nomine dicti Monaſterii in tantum quantum eſt, & eſſet in favorem dicti Monaſterii, & non aliter, nec alio modo manifeſtaverunt taciti, & contenti fuerunt dictus *Dominus Prior, & dictorum Dominorum Fratrum Capituli, & Conventus* ejusdem verſus dictus Dominus Rubertus de Beccaria, & verſus mihi Notario infraſcripto publice Perſone ſtipulanti, & recipienti nomine, & vice dicti Domini Ruberti, quod ſunt ſuis, & dicto nomine plene, & integre ſoluti & ſatisfati de omnibus fictis, de annis proxime preteritis totius fictualitie, librans dictum fictalem ab omnibus penis in dicto Inſtrumento Inveſtiture contentis, promit. quod ſemper erunt, & ſtabunt taciti, & contenti in predicta ſolutione de predicto ficto ut ſupra, & facient, & curabunt cum effectu quamlibet aliam Perſonam ſic eſſe, & ſtare tacitam, & contentam in predicta ſolutione, & confeſſione predicti ficti, & quod nunquam venient contra predicta, vel aliquod predictorum de facto, nec de jure ſub pena, & in pena totius dampni, diſpendii, intereſſe & expenſis preſen., ſtipulan. & obbligan. eis ſe ſe, & omnia bona *dicti Monaſterii* Hospitaletti De Sena renunciantes exceptionibus non facte dicte Confeſſionis, liberationis promiſſionis, & obbligationis, & non ſic celebrati dicti Contractus & ſpey future receptionis & conſignationis, & rey non ſic geſte ut ſupra dolli Malli actioni in factum & omni alii juri probationi, & deffenſioni in contrarium; Confitens dictus Dominus Rubertus de Beccaria Fictalis dicti Mo-

Monaſterii; quod tenuit, & tenet ad fictum ſupraſcriptas Petias Terre, res, bona, & Jura, & quod ſolvit dedit, & conſignavit dictum fictum dicto *Monaſterio* tamquam verus Fictalis ipſius Monaſterii, & tamquam a vero Domine, & poſſeſſore dicte fictualitie; Rogantes dictus *Dominus Prior*, *& dicti Domini Fratres Capit.*, & convent. ejusdem me Notarium infraſcriptum ut publica Perſona, publicum conficerem Inſtrumentum unum, & plura unius ejuſdem tenoris, prout fuerit neceſſarium, & opportunum &c.

XIII.

Tabulae Locationis Fundi pert. 17843.; qui ex largitione Comitum de Palatino Monachis Hieronymianis *obveneras Anno* 1144.

A. D. IN Nomine Domini Amen. Anno Nativitatis ejusdem
1363. Milleſimo trecenteſimo ſexageſimo tertio Indictione pri-
18. *Fe-* ma die decimo octavo Menſis Februarii *In Eccleſia Monaſterii*
bruar. Sancti Petri Hospitaletti De Sena Dioceſis Laudenſis ſita in dicto loco Hospitaletti De Sena preſentibus Petro de Palatino, Ravazolo de Vavaſoribus, et Marcholo Pioltello Civibus Laude habitatoribus in loco de la Somalia Epiſcopatus Laude notis Teſtibus rogatis, et vocatis ad hec, et preſentibus, et pro ſecundis Notariis conſentientibus Alberto Boldono, et Florio Alono Notariis Civitatis Laude. Ibique *Venerabilis Vir Dominus Frater Chabarielus de Ruſchonibus de Cumo Prior Monaſterii* S. Petri Hospitaletti De Sena Dioceſis Laude Sindicus, et Procurator, et Sindacario, et Procuratorio nomine dicti Monaſterii, Capituli, et Conventus ejusdem ut de ipſa Procura, et Sindacatu conſtat publico Inſtrumento, rogato, et tradito per me Andriolum de Fellatis Notarium publicum Laudenſem ſpecialiter ad hec, et alia facienda, et complenda conſtitutus, et preſent., et con-

conſentient. *Dominus Frater Jacobus de Bevilaquis*, *Dominus Frater Franciſchus de Britio*, *Frater Boxius de Cremona*, *Frater Bernardus de Aliſandria*, *Frater Maſiolus*, *Frater Blaxius de Pergamo omnes Profeſſi dicti Monaſterii*, Domus, Capituli, et Conventus ejusdem, cum conſenſu, et volontate dicti Domini Prioris, et dictus Dominus Prior cum conſenſu, et volontate dictorum Dominorum Fratrum Capituli, et Conventus ejusdem unanimiter, et concorditer, et nemine in aliquo eorum diſcrepante nomine dicti *Monaſterii*, Capituli, et Conventus ejusdem inveſtierunt ad fictum cenſum redendum livelario nomine uſque ad novem annos proxime futuros, incipien. in Kalend. menſis Martii proxime futuris ad meliorandum, et non ad pejorandum, ad inficandum, et non ad defficandum Dominum Jacominum de Brembio filium quond. Domini Martini habitatorem dicti Loci de Brembio Epiſcopatus Laude ibi preſentem, et ſe inveſtientem de Perticis decem ſeptem millia octocentum quadraginta tres plus minus quantumcunque ſint inter Terras choer. Buſchi, Zerbi, prathi, paſchuli, paludi, lameijs, et Salegijs jacen:, et exiſten. in Territorio dicti Loci Hospitaletti De Sena de ſubtus Coſtam dicti Loci terminat. et choer. in Inſtrumento Divixionis alias fact. inter dictum Monaſterium, Capitulum, et Coventus ejusdem ex una parte, et dictorum Nominatorum in dicto Inſtrumento Divixionis ex, et pro altera parte rogato, et tradito per me Andriolum de Fellatis Notarium Laudenſem Anno Domini Milleſimo trecenteſimo ſexageſimo primo Indictione decima quarta die Menſis ad quem dicte partes ſuo, et dicto nomine in totum ſe reſſeruntur, ut ibi dicte Partes dixerunt, et proteſtate fuerunt occaxione paſchulandi, ſeu paſchuli facien. cum Beſtijs ſuis deruptis, et menutis; Item de Perticis trecentum ſeptuaginta duabus Terre aratorie, avithate, prathive, et zerbie jacentibus in territorio de la Somalia in tribus petijs terminatis, et choerentiatis in Inſtrumento oblationis, donationis,

 tra-

traditionis; et dati alias fact. per ſpectabilem Virum *Dominum Comitem Franciſcbum de Palatino* Comitem Laude, rogat., & tradit. per me Notarium jam dictum Anno milleſimo trecenteſimo quadrageſimo ſeptimo Indictione prima die trigeſimo Menſis Octobris; Item jure utendi, & jus habendi & Uſuficiendi Aque Rugie, que dicitur Rugia dictorum *Comitum de Palatino* cum medietate unius Molendini, & medietate Utenſilibus, que ſunt in dicto Molendino exiſtente in dicto Territorio Hospitaletti De Sena, que Rugia, & medietas dicti Molendini dictus Dominus Comes Franciſcus *de Palatino* fecit donationem ut ſupra & continet in ſupraſcripto Inſtrumento oblationis, Donationis &c. & ad quem dicte Partes ſuis & dict. Nomine in totum ſe refferant ut ibi dixerunt, & proteſtati fuerunt, ita ut amodo in antea Fictalis, & ejus heredes, & cui dederint habeat, teneat, gaudeat, poſſideat dictam fictualitiam modo ſupraſcripto una cum acceſſibus, Ingreſſibus, regreſſibus, Uſibus, finibus, & juribus ſuis omnibus ſupra, & infra; Et facere ea, et in ea modo ſupraſcripto jure livelario nomine quit quid voluerit ſine contradictione alicujus Perſone. Solvendo dictus Fictalis, & ejus heredes, et cui dederint *dictis Dominis Fratribus* dict. nomine, et Succeſſoribus, et cui dederint omni anno pro ficto, et nomine ficti qualibet Anni modios centum quinquaginta ſeptem Miſture, Sichalis et Milii bone blave ſice groſſe, et novelle conſignate Domibus *dictorum Fratrum*, *ſive dicti Monaſterii* Penxios decem octo Caſey Mazenghi boni, et bene aſalonati, Plauſtra decem Lig. conſignat. ut ſupra in qualibet Feſto Paſchatis Reſurectionis Domini Noſtri Jeſu Chriſti proxime futur. qualibet Anni, & ſi tranſierit medium menſis Madii ipſo ficto non ſoluto, liceat tunc ipſis *Dominis Fratribus* dict. nomine &c. talibus pactis inter eos Contrahentes, factis, appoſitis, et firmatis a principio medio, et fine contractus, et pro ſpecialibus pactis quod dictus fictalis teneatur, et obligatus ſit in fine preſentis

ſentis Locationis evacuare, et bene mondare omnes Foſſatos, et ſcholatores poſitos, et jacentes in dictis Paſchulis, et ut ſupra expenſis dicti fictalis; Item quod dictus Fictalis, non poſſit, nec debeat inardere, nec inardi facere aliqua legnamina, que ſunt, et eſſent in dicta fictualitia, niſi ſint de tribus foliis infra, et ſi contrafecerit contra preſens Pactum ipſo jure inteligatur cecediſſe ab omnibus juribus ſuis; Item quod dictus fictalis teneatur dare preſens Inſtrumentum Inveſtire, et conſignare *dictor. Dominorum Fratrum* in publica forma infra Annum unum expenſis dicti Fictalis; et de ſic attendere, et obſervare &c. promitendo &c. obbligando &c. cum Pactis executivis &c. Confitens dictus Dominus Jacominus de Brembio Malgarius, quod tenuit, et tenet ad fictum dictas Perticas decem ſeptem millia octo centum quadraginta tres Buſchi, prathi, Zerbi paſchuli, paludi, Lamei, et Salegii, et dict. Perticas trecentum ſeptuaginta duo ut ſupra, et dicta Rugia, et medietas dicti Molendini ut ſupra tamquam verus fictalis ipſius Monaſterii, et tamquam a vero Domino, et poſſeſſore dicte fictualitie &c.

X I V.

Tabulae Penſionis acceptae a Priore, & Monachis SANCTI PETRI HOSPITALETTI *in antedictae Locationis exaequationem.*

IN Nomine Domini Amen. Anno Nativitatis ejuſdem millesimo, trecenteſimo ſexageſimo quarto Indictione ſecunda die Menſis *In Monaſterio* SANCTI PETRI HOSPITALETTI DE SENA, ſito in dicto loco HOSPITALETTI DE SENA. Preſentibus Domino Marcho de Ferabonis, Antonio Lampergo habitatoribus Loci de Liuraga Epiſcopatus Laude, Maſino Boldizono, & Petro de Carbonatis habitatoribus Loci de Orio dicti Epiſcopatus, Teſtibus rogatis, notis, et vocatis ad hec, et preſente, et pro ſecundo Notario conſentiente Florio

A. D. 1364.

Florio Alono Notario Civitatis Laude. Manifeſtaverunt taciti et contenti fuerunt *Venerabilis Vir Dominus Frater Vincentius de Mantua Prior Monaſterii* Sancti Petri Hospitaletti De Sena, *Frater Bonaventura de Ricardis Vicarius dicti Monaſterii, Capituli, & Conventus ejusdem, Frater Franciſchus de Brpio, Frater Boxius de Cremona, Frater Bernardus de Alixandria, Frater Maſiolo, & Frater Blaxio de Paganis omnes Profeſſi dicti Monaſterii, Capituli, & Conventus ejusdem*, que ſunt, et rapreſentant tres partes ex quatuor partibus dicti Monaſterii, Capituli, et Conventus ejusdem habuiſſe, et recepiſſe a Domino Jacomino de Brembio filio quondam Domini Martini ibi preſente, dante, ſolvente, et conſignante modios centum quinquaginta ſeptem Miſture, Sigalis, & Milii, Penxos decem octo Caſei Maxenghi, Plauſtra decem lignar. Et hoc pro ficto nomine, & occaxione Ficti hujus preſentis Anni totius illius fictualitie, quod habet, & tenet ad fictum *a dictis Dominis Fratribus dicti Monaſterii*, ut conſtat per Inſtrumentum Inveſtiture alias factum *per dictos Fratres* dicto Nomine rogatum, & traditum per me Notarium infraſcriptum Notarium Laudenſem anno milleſimo trecenteſimo ſexageſimo tertio Indictione prima, die decimo octavo Menſis Februarii, ſive Anno, Indictione, & die in eo contentis, ad quam dicte Partes dict. nomine in totum ſe refferant; Et quod ſunt dicto nomine plene, & integre ſolutionis, & ſatisfactionis a dicto Domino Jacomino de Brembio, ibi preſente, ſtipulante, & acceptante de dicto ficto Anni preſentis promiſerunt, & promittunt, quod ſemper erunt, & ſtabunt taciti, & contenti in predicta conſignatione, & ſolutione dicti Ficti; Et facient, & curabunt cum effectu qualibet aliam Perſonam ſic eſſe, et ſtare tacitam, et contentam de predicto ficto ut ſupra, et quod nunquam veniet contra predicta, vel aliquod predictorum de facto, nec de jure ſub pena, et in pena totius dampni, diſpendii intereſſe, et expen. preſen. ſtipulant. obbligan. eis ſe ſe, et *omnia bana dicti*

Mo-

Digitized by Google

Monaſterii Capituli, & Conventus ejusdem pignori preſentia, et futura Renuntian. exception. non habitos, et conſiguatos dictos modios centum quinquaginta ſeptem miſture ut ſupra, Penxios decem octo Caſei, et Plauſtra, decem Lignorum, et ſpeii future receptionis, et conſignationis, et non ſic celebrati dicti Contractus, et reii non ſic geſte ut ſupra dolli, mali, actioni in fact.; Et omnique alii juri except. probation., et Deffenſion. in contrarium; Confitens dictus Dominus Jacominus de Brembio Fictalis *dictorum Dominorum Fratrum dicti Monaſtersi, Capituli, & Conventus ejusdem*, quod tenuit, et tenet ad fictum dictas Perticas decem ſeptem Millia, et dictas Perticas trecentum ſeptuaginta duo, et Rugia, et medietatem dicti Molendini ut ſupra a *dictis Dominis Fratribus* nomine dicti Monaſterii, Capituli, et Conventus ejusdem, et quod ſolvit, dedit, et conſignavit dictos Modios centum quinquaginta ſeptem Miſture Sighalis, et Milli, Penxios decem octo Caſeii Mazenghi, et Plauſtra decem Lignor. tamquam verus fictalis *ipſis Dominis Fratribus* dicto Nomine, et tamquam a veris Dominis, et poſſeſſoribus dicte fictualitie &c.

X V.

Tabulae alterius acceptae Penſionis rationibus exaequatis. ad Annum 1372.

IN Nomine Domini Amen. Anno Nativitatis ejusdem Milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimo tertio Indictione undecima die Menſis In quadam Camera *Monaſterii* S. PETRI HOSPITALETTI DE SENA *Diœceſis Laudenſis*, ſita in loco HOSPITALETTI DE SENA, Preſentibus Domino Cabrino Fabrio, Johannino Liſcha habitatoribus Loci de la Somalia Epiſcopatus Laude, et Bertolino Feraza Ferrario habitatore Loci de Orio dicti Epiſcopatus notis Teſtibus rogatis, et vocatis ad hec, et preſente, et pro ſecundo Notario conſen- *A. D.* 1373.

tien-

Digitized by Google

tiente Franceſchino de Cazulo Notario Civitatis Laude. Ibique *Venerabilis Dominus Frater Anſelmus de Papia Prior Monaſterii* S. PETRI *vulgariter nuncupati* HOSPITALETTI DE SENA Dioceſis Laudenſis, *Frater Franciſcus de Bripio, Frater Boxius de Cremona, Frater Antonius de Laritate, Frater Chabrielis de Roma, Frater Paulus de Regio, & Frater Maſinus de Contaricho, omnes Fratres, & Profeſſi dicti Monaſterii, Capituli, & Conventus ejusdem*, que ſunt, et repreſentant tres partes ex quatuor partibus dictorum Fratrum dicti Monaſterii, Capituli, et Conventus ejusdem, manifeſtaverunt taciti, et confeſſi fuerunt habuiſſe, et recepiſſe, habuiſſent, et recepiſſent a Domino Jacomino de Brembio fictale ſuo ibi preſente, ſolvente, dante, & conſignante modios centum quinquaginta ſeptem Miſture, Sighalis, & Millii, Penxos decem octo Caſeii Magenghi, et Plauſtra decem Lignor., et hoc pro ficto, & nomine ficti, Anni proxime preteriti totum illius fictualitie, & quod habebat, & tenebat a dictis *Dominis Fratribus* dicto nomine, ut conſtat per Inſtrumentum Inveſtiture alias factum per *dictos Fratres nomine dicti Monaſterii*, Capituli, & Conventus ejusdem dicto Domino Jacomino, de Brembio rogatum, & traditum per Dominum Andriolum de Fellatis quondam Notarium publicum Laude Anno milleſimo trecenteſimo ſexageſimo tertio, Indictione prima, die decicimo Octavo Menſis Februarii, ad quam dicte Partes in totum referant; Et quod ſunt dicto nomine plene, et integre ſoluti, et ſatisfacti de dictis Pactis ſpecialibus in dicto inſtrumento inveſtiture nominatis; Et omni, et toto ficto hinc retro; Et quod ſemper erunt, et ſtabunt taciti, et contenti dicto nomine de dicto ficto ut ſupra, et hinc retro, et facient, et curabunt cum effectu qualibet aliam Perſonam ſic eſſe, et ſtare tacitam, et contentam in predicta ſolutione, conſignatione, confeſſione, et ſatisfactione dicti ficti, et pactis, et obligationibus ut ſupra, ſub obligatione omnium bonorum dicti *Monaſterii* preſentium, et futur. Pignori, Et quod

quod nunquam venient contra predicta vel aliquod predi-ctorum de facto, nec de jure ſub predicta obligatione, et ſub pena totjus dampni, diſpendii, Intereſſe, & expenſis in lite, & extra; Renunciando except. non habit. recept. & conſignat. dictos modios centum quinquaginta ſeptem blade, Penxios decem octo Caſeii Mazenghi, Plauſtra decem Lig., & ſpeii future receptionis, & conſignationis, & non facte dicte promiſſionis, confeſſionis, & obligationis; Et non ſic celebrati dicti contractus, & reii non ſic geſte ut ſupra dolli, malli, actione in facto, & omni alii jurii probat., & defenſion. in contrarium Confitens dictus Dominus Jacominus de Brembio, fictalis *dictorum Dominorum Fratrum* nomine dicti Monaſterii, Capituli, & Conventus ejusdem quod tenuit ad fictum dictas Perticas decem ſeptem millia octocentum quadraginta tres Terre ut ſupra, Pert. trecentum ſeptuaginta duo Terre ut ſupra, & dicta Rugia, & medietate dicti Molendini, & quod ſolvit, dedit, & conſignavit dictos modios centum quinquaginta ſeptem Blade, Penxios decem octo Caſeii Mazenghi, & Plauſtra decem Lig. pro ſupraſcripta fictualitia tamquam verus fictualis *dictis Dominis Fratribus* dicto nomine, & tamquam a veris Dominis, & Poſſeſſoribus dicte fictualitie &c.

X V I.

Littera ſupplices Ven. D. F. Conſtantis de Gazaniga Prioris HOSPITALETTI, *& ſupremi jam Familiae* HIERONYMIANAE *Moderatoris, ut antedicta* Pizolani *bona dudum dirrepta recuperet, & ea conſervet, quae finitimi poſſeſſores invadere conabantur.*

JESUS

FACTUM TALE

MAgnifice Domine. Ecce coram Deo quia non mentior, ma dico la verità nomine meo, et nomine, *A. D.* 1468.

et

et vice totius *Sacre Religionis almi* HIERONYMI con molti gemiti, et anxietà, le quali tandem ſpero ſeranno exauditi da laltiſſimo, juſtiſſimo, e miſericordioſiſſimo eterno Dio. *Lo deſolato Monaſtero del* HOSPITALETTO *di Lodeſana de dicto Ordine* in queſti tempi per li peccati noſtri multipliciter afflicto, avendo temporibus preteritis, et per tanto tempo, che non he memoria di perſona vivente in contrario poſſeduto pacifice li ſuoy beni, taliter che li venerabili d'ordinary de la gieſa maiore di millano may nō hano moleſtato, ne ſuſcitata alcuna lite contra eſſo Monaſtero. Noviſſime vedendo che dito *Monaſtero* era atterito et tribulato per certe apprehenſione de beni *del dicto Monaſtero* fate nomine de la Ducal Camera, gliè paruto di temptare, ſe poteſſero tollere di mezzo; & uſurparſe parte de diti beni, juris ordine non ſervato come ex actis conſta maxime *beni de pizolani* vigore di certi ut ajunt loro Inſtrumenti, quali may non hano voluto moſtiare. Et aſſay coſe ſono dicte, e fati in queſta materia come ſi sà. Et noviſſime non obſtante ch' per lo eximio doctore, e Cavalere D. Antonio di Romagnano ex Senatoribus de Conſilio ſecreto per commiſſione ducale ſia declarato che el noſtro Illmõ Principe non debba, ne poſſa impazarſe ſenza pericolo di cenſura, e gravezza di conſienza di queſte tale coſe, che vertiſſeno fra eſſi D. Ordinarii, e dito Monaſtero tum Jure, che novamente eſſi Ordinarii hano ſuplicato, non ſolum per dicti *beni de Pizolano*, ma di voler eſſo *Monaſtero* diſturbare, e movere lite nova ſopra altri beni deſſo *Monaſtero*, quali confineno col Teritorio di Orio ne la valle ſotto la Coſta, de quibus hora nove anni, l', circa fu diferentia inter ipſos de conſinibus, & commiſſo de partium conſenſu & per lettere Ducale del quondam Duca Franceſco al Venerabile Arciprete di Sancta Maria monte, & per eſſo ch', e perſona eccleſiaſtica ſimiliter con beneplacito deſſe parti & ejus ſententiam deffinitivam poſta pace frà loro, & de partium

con-

conſenſu durata fin' a queſto dì ne parſo queſte coſſe fare la preſente informazione perche ſi ſapia la veritate, & acciò ch' non ſiano gravati più ch' la giuſtitia vole. Ala quale quantum de jure tenemus, ſi ſottomettemo realmente, etiam più ch' non ſiamo obligati. Cioè di voler comettere de jure al confidente già electo la cauſa tutta di *Pizolani*, per la quale alias ſono emanate più lettere Ducale, pur che non ſia ſuſcitata altra nuova lite de rebus jam deciſis, & ſopitis. Li Signori Ordinarii quelli ſono più ſavii; più favoriti, e, più potente di nuii, non poſſeno temere da nuii violentia. Et troppo ſi maravigliemo di eſſi che ancora diano faſtidio al noſtro excellentiſſimo principe, maxime eſſendo declarato per lo eximio D. Antonio Romagnano, che ſua Signoria non ſi pò di ciò impazare ſenza grave pericolo, e Cenſura. Et coſſi ſupplichiamo eſſa ſua excellentia non ſi voglia impazare, ne ponere in pericolo, ma ſtare di mezzo, e, laſſare, ch' tutti uſano le loro ragione de jure, & aviſando per certo, ch' hano ſuppoſto falſo, & contra jus falque. Et ſe ſi confideſſero de la giuſtitia non cercariano bracio ſecolare. Et queſto ſolo che per tanto tempo mai non hanno moſſa lite contro di nuii ſi po cognoſcere la loro iniquitade. Et notum eſt, & certum, che in quella altra differentia de confinibus terminata per lo Arciprete predetto, de la quale poi ancora ſi adoprò D. Franceſco Maleta pro bono pacis li laſarono del noſtro molte pertiche di Terra & ipſimet de Orio poſeno li termini a ſuo modo, & nuii habemio patientia ſolo per aver pace. De queſte coſſe preghiamo ne ſie informato lo Principe, acciò noi ſiamo auditi, come vole la Giuſtitia. Et nihilominus ne ſia fato lo noſtro privilegio ſalvo jure terty.

Magnificentie Veſtre Servulus Frater Coſtans
Prior Hospitaletti, pedibus eger
cum humilitate recomendat.

XVII.

Bona & Joannes Galeatius Sfortia Mediolani Duces, Pizzolani *bona jamdiu publicata ſuumque ad Erarium delata, Monachis* Hospitaletti *reſtituenda curant atque edicunt.*

A. D. 1477. 3. *Decembr.* BOna, & Joannes Galeaz Maria ſforzia Vicecomites Duces Mediolani &c. Papie Anglerieque Comites, ac Genue, & Cremone Domini Noſtrapte natura ſemper fuimus erimuſque dum vitam agemus propenſi, & inclinati ad comoda honeſtas utilitatis, & Incrementa Eccleſiarum & piorum locorum in quibus divinus cultus celebratur, & frequentatur, ac timor Dei inde dignoſcitur; ſine quo in Terris nil bonum, nil ſtabile, ac firmum eſſe poteſt. Itaque cum informati ſimus de apprehenſione alias nomine Camere noſtre *facta de Bonis de Pizolano Agri noſtri Laudenſis, quo tenebantur per Venerabiles Fratres* Hospitaletti *Laudenſis* que quidem apprehenſio confirmata fuit, & demum approbata vigore Sententie late per ſpectabilem Doctorem Dominum Giuliolum Oldoinum tunc ex Magioris Intratarum extraordinarium, nunc vero Conſiliarum noſtrum Decrevimus rationalibus reſpectibus ita nos ſuadentibus Bona predicta *ipſis Fratribus reſtituere:* Quare tenore preſentium ex certa ſcientia, & de noſtre poteſtatis plenitudine etiam abſoluta, ac omnibus modo, jure, via, & forma quibus melius, & validius poſſumus Bona omnia qualia, & quantacunque ſint, & quibuſvis Choerentiis teneantur, quas, & que hic pro expreſſis haberi volumus *prefatis Fratribus* Hospitaletti, *& eorum Monaſterio reſtituimus, & reintegramus ipſoſque Fratres &c. eorum Monaſterium* quo ad ipſa Bona reponimus in locum, jus, & ſtatum priſtinum, & his modo, & forma in quibus erant ante predictam ſententiam, & apprehenſionem perinde ac ſi ejuſmodi ſententia, & apprehenſio ſecute non fuiſſent. Ita quod ab hodierna die in antea uſque in perpetuum *dicti Fratres*

Hos-

Hoſpitaletti, *& eorum Monaſterium poſſint, & eis* liceat dicta Bona poſſidere, tenere, permutare, ac de eis in omnibus & per omnia diſponere, quemadmodum potuiſſent ante dictam ſententiam, & apprehenſionem: Dictiſque ſententia, & apprehenſione non attentis; quas tenore preſentium ex certa ſcientia revocamus, & penitus annullamus: Quam quidem reſtitutionem dicimus pro dato, & facto noſtro tantum, nolentes de evictione teneri, decernentes, & mandantes hujuſmodi reſtitutionem, & revocationem ipſarum apprehenſione, & ſententie tenere; & valere aliquibus Statutis, decretis, legibus, & ordinibus in contrarium facientibus non attentis etiam ſi tales forent de quibus mentionem hic oporteret fieri ſpecialem: & preſertim non attento decreto edito Anno Milleſimo quadringinteſimo vigeſimo tertio die ſexta Octobris, quod incipit *providere volentes:* revocantes etiam omnem alienationem in quoſcumque per nos, aut per predeceſſores noſtros, vel Cameram noſtram de dictis Bonis factam quovis titulo, vel modo, que hujus reſtitutionis effectum impedire poſſet, & hec omnia ex certis juſtis cauſis Animum noſtrum moventibus etiam non obſtantibus predicto Dacreto, & alijs in contrarium facientibus, vel aliam formam dantibus, quibus omnibus expreſſe, & ex certa ſcientia, ac de noſtre plenitudine poteſtatis ut ſupra in hac parte derogamus ſalvo tamen, & reſervato Jure Ordinariorum Eccleſie Majoris Inclite Urbis noſtre Mediolani, & ipſius Eccleſie Majoris Mediolani, & ſine prejuditio jurium predicte Eccleſie majoris ſi que habet, quorum quidem Jurium cognitio Judici competenti reſſervetur, & reſervata eſſe intelligatur, ac etiam abſque prejuditio Inveſtiture temporalis facte de Bonis predictis in Nobilem Virum Franciſcum Ser Antonii dillectum noſtrum. Suplentes de noſtre poteſtatis plenitudine cuilibet defectui cujuslibet ſolemnitatis tam inſtrinſece, quam extrinſece ac juris, vel facti, que in predictis, vel quolibet predictorum dici potuiſſet ſer-

 vanda

vanda fuiſſe. Mandantes denique Magiſtris Intratarum utriuſque Camere noſtre, nec non Commiſſario, Poteſtati, ac Refferendario noſtris Laude ceteriſque officialibus, & ſubditis noſtris: quibus ſpectat, & ſpectare quomodolibet poſſit vel preſentes devenerint, *predictos Fratres* HOSPITALETTI, & quemlibet legiptimum Nuntium ſuum ad poſſeſſionem ipſorum bonorum: ut erant ante predictam apprehenſionem, reſtituant, reintegrent, ponant, & inducant: poſitosque manuteneant, tueantur, & deffendant, & has noſtras litteras, & contenta in eis firmiter obſervent, & faciant inviolabiliter obſervari. In quorum Teſtimonium preſentes fieri juſſimus, & regiſtrari, noſtrique ſigilli impreſſione muniri. Dat. Mediolani in arce noſtra Porte Jovis die tertio Decembris MCCCCLXXVII.

L. ✠ S.

JO: CICHUS.

X V I I I.

Diploma Donationis Prædiorum, & Domuum ab Joanne Galeatio Vicecomite Mediolani Duce facta Monachis Ordinis SANCTI HIERONYMI *de Caſtellatio Mediolani Suburbano.*

A. D. 1401. 24. *Junii.* IN Nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, Amen. Et ad omnipotentis Dei laudem, gloriam & honorem, ac Beatiſſimæ, & glorioſiſſimæ ſemper Virginis matris Mariæ; totiusq; Curiæ Cæleſtis; nec non ob magnam devotionem, ac reverentiam, quam infraſcriptus Illuſtriſſimus Princeps gerit Beato S. HIERONYMO Eccleſiæ Doctori Amen. Cum Illuſtriſs. Princeps, & Excell. D. D. Johannes Galeaz, Dux Mediolani &c. Papiæ, Virtutumq;

Co-

Comes, ac Piſarum, Senarum, & Peruſij Dominus, deliberaverit, conſtrui debere quoddam Monaſterium, ſub vocabulo Beati Hieronymi, Doctoris Eccleſiæ, regendum per Venerabilem virum, Dominum fratrem Hyeronimum de Hiſpania, in loco Caſtellatij, ſiti prope, & extrà burgum Portæ Ticinenſis Civitatis Mediolani, & pro quo Monaſterio deputaverit ipſum locum Caſtellatij, ac etiam pro victu, & ſubſtentatione Prioris, & fratrum dicti Monaſterij infraſcripta ſedimina, poſſeſſiones, & proprietates. Idcirco prælibatus Illuſtriſs. Princeps, & Excell. D. D. Iohannes Galeaz, Dux Mediolani &c. ex nunc, omnibus meliori iure, via, modo, cauſa, & forma, quibus melius potuit, & poteſt, & cum interventu omnium ſolemnitatum, tam juris, quam facti, quæ in talibus, & ſimilibus, tam de jure communi, & municipali, quam de conſuetudine requiruntur, ſponte, & ex certa ſcientia, ac animo quieto, & deliberato, pro dote, & ex cauſa dotis Monaſterij, & Eccleſiæ S. Hieronymi, conſtruendi, ut ſupra, fecit, & facit ad præſens, & inter vivos, mihi Notario, tamquam publicæ perſonæ, recipienti, & ſuſcipienti hanc donationem, dedicationem, & deſignationem, & omnia, & ſingula infraſcripta, nomine, & vice, & ad partem, & ad utilitatem Monaſterii, & Eccleſiæ prædictorum, & nomine, vice omnium, & ſiugulorum Priorum, & fratrum inſtituendorum in dicto Monaſterio, ſeu, qui in eodem in dicto ordine deputabuntur, eorumq; ſucceſſorum quorumcunq; & per me Notarium ipſis Monaſterio, Eccleſiæ, Priori, & Fratribus ipſius Monaſterii, puram, meram, ſimplicem, & irrevocabilem donationem, dedicationem, & deſignationem, de infraſcriptis omnibus, & ſingulis poſitis, & jacentibus in dictis loco territorio de Caſtellatio, Ducatus Mediolani, quæ quidem domus, bona, proprietates, & poſſeſſiones infra ſerioſius deſcribuntur. Primo viz. Caſtrum Caſtellatii, cum fovea, circum circa murata intus, & extra, cum cameris, ſalis, co-

lum-

lumbario, ponte levatorio, & multis aliis ædificiis muratis, & cupatis, ſitum, ut præmittitur, prope, & extra burgum Ticinenſem Civitatis Mediolani, cui cohęret undiq; fovea ipſius caſtri. Item viridarium, ſeu zardinus unus, prope dictum caſtrum, cui coheret ab una parte ipſum Caſtrum mediante fovea, a duabus partibus pratum de Caſtello, ab alia Monaſterium Sancti Celſi mediante Strata. Item ſedimen unum prope dictum Caſtrum, in quo habitant Ambroſius de Parabiago, ſive ejus hæredes, cum curte, & horto, & alijs ædificiis, & de quo ſedimine dictus Ambroſius, ſive ejus hæredes, faciunt fictum libellarium omni Anno librarum trium Imperialium, cui cohęret ab una parte aliud ſedimen, quod tenetur ad libellarium per infraſcriptos Biaſolum, & fratres della Eccleſia, ab alia fontana dicti caſtri mediante ſtrata, & ab alijs duabus partibus pratum de la Furnatia. Item aliud ſedimen in quo habitant Biaſolus, & fratres della Eccleſia, cum curte, & horto, & edificiis muratis, & cupatis in parte, et in parte de paleis, et aliis iuribus, et pertinentiis dicti ſediminis, de quo ſupraſcripti Biaſolus, et fratres della Eccleſia reddunt fictum libellarium ſingulo anno librarum decem novem, & ſol. quatuor Imper., cui cohęret ab una parte ſedimen, quod tenetur per ſupraſcriptum Ambroſium de Parabiago, ab alia campus, mediante acceſſu, & ab alijs duabus partibus ſtrata publica. Item petia una prati, ibi, prope, ubi dicitur ad pratum de Caſtello, cui cohęret a duabus partibus ſtrata, in parte, & in parte capſina magna, ab alia ſupraſcriptum viridiarum, ſeu zardinus, in parte, & in parte fontana, & ab alia pratum della navatia poſſeſſionis de Salvanizio, & eſt perticarum CLV. & tab. una. Item alia petia prati de miratino, cui cohęret ab una parte prædictum miratinum, ab alia pratum perticarum centum, mediante rugia, ab alia pratum, ubi dicitur ad pratum onziale, ab alia pratum, ubi dicitur ad pratum Peroye, & eſt pert. LXVI. tab. xvj. & ped. viij. Item petia una prati, ubi dicitur

citur ad pratum de miratino; cui coheret ab una parte ſupraſcripta proxima petia prati, ab alia pratum pert. LXXX. ab alia pratum Albertazium, ab alia pratum, ubi dicitur pratum Peroyc, & eſt pert. XXXIII. tab. xj. & ped. ij. Item petia una prati, ubi dicitur ad pratum dela Furnatia, cui coheret ab una parte campus, ubi dicitur campus de la Furnaze, ab alia ſupraſcripta ſedimina libellaria, in parte, & in parte ſupraſcriptum Caſtrum mediante fovea, & ſtrata, & ab alijs partibus Hoſpitale Sancti Celſi, & eſt pert. XXXXIII. & tab. xxj. Sive plus, vel minus ſint prædicta omnia, & ſingula, & ſive ipſis omnibus, & ſingulis, aliæ, vel aliter ſint, vel eſſe conſueverint, coherentie; Simul cum acceſibus, ingreſſibus, egreſſibus, & regreſſibus cum omnibus juribus, cauſis, & pertinentijs, quæ habeant intra ſe, ſupra ſe vel infra ſe in integrum, & cum omnibus, & ſingulis immunitatibus, utilitatibus, preheminentijs, exemptionibus, omniq. jure, & actione, uſu, ſeu requiſitione, pro prædictis bonis & proprietatibus, & Domino prælibato pro ipſis ſpectantibus, & pertinentib. in integrum. Ita & taliter, quod Maſſarii, Fictabiles, ac Fructus, quicumque, dictæ poſſeſſionis ſint, exempti a quibuscumque oneribus tam realibus, quam perſonalib., & mixtis, & a quibuscumque Datijs pedagijs taleis, & gabelis. Et quod dicti fructus dictæ poſſeſſionis conduci poſſint ad Civitatem Mediolani abſq; ulla ſolutione alicujus prædictorum tributorum, ſeu datiorum. Et quod quæcumque neceſſaria pro uſu dictorum Prioris, & fratrum, & eorum Monaſterii, poſſint conduci ad dictum Monaſterium a quibuſcumq; partibus per quaſcunq; partes, Dominii prælibati Domini Ducis, libere, tute, abſque aliqua ſolutione, ut ſupra. Et ex cauſa, & meritò hujus præſentis donationis, dedicationis, & deſignationis, prælibatus Dominus Dux ceſſit, & juris datum fecit, & facit mihi Notario nomine, quo ſupra, recipienti, & per me Norium, prædictis ordini Monaſterio, Eccleſiæ, Priori, & fratribus Sancti Hieronymi de omnibus, & ſingulis jurib.,

et

& actionibus, reatibus, & perſonalibus; utilibus, & directis mixtis, & hypothecarijs, & alijs quibuscumq; quas, & quæ prælibatus D. Dux habet in præmiſſis ſuperius donatis & dedicatis, & deſignatis, & verſus quoscumq; prædicta ſuperius donata, & dedicata, & aſſignata habentes, tenentes, & poſſidentes, & eorum occaſione, quacunque occaſione, & cauſa, jure vel facto. Et inde præf. D. Dux me Notarium, nomine quo ſupra, recipientem in ipſius locum, ut in præmiſſis ſuperius donatis, dedicatis, & deſignatis, & per me Notarium dictos Priorem, & fratres prædictos, poſuit, & conſtituit, faciens, & conſtituens me Notarium nomine quo ſupra, recipientem, procuratorem, & dominum, ut in rem propriam. Quæ quidem ſuperius donata, dedicata, & deſignata prælibatus D. Dux nomine mei Notarii nomine quo ſuprarecipientis, & per me Notarium nomine prædictorum Prioris, & fratrum conſtituit ſe de cætero tenere, poſſidere, & quaſi, quouſque Prior, & fratres prædicti nomine Conventus, & Capituli dicti Monaſterii, ſeu alius eorum nominibus, poſſeſſionem, & quaſi, præmiſſorum omnium, & ſingulorum adepti fuerint corporalem. Quam ſiquidem accipiendi propria auctoritate, & retinendi de inceps ex nunc antefatus D. Dux mihi Notario, & per me Notarium Priori, & fratribus prædictis licentiam, & auctoritatem omnimodam dedit, & conceſſit, ac dat, et concedit, tradendo, et animo tradendi mihi Notario, nomine quo ſupra, recipienti, et per me Notarium pro dictis, priori, et fratribus nomine dicti Monaſterii omne dominium, omnemq; poſſeſſionem, et quaſi quod, et quam præf. D. Dux habet, et habebat ante præſentem contractum in præmiſſis ſuperius donatis dedicatis, et deſignatis. Eoulz. modo fecit, et facit præf. D. Dux præſentem donationem, dedicationem, et deſignationem, quod de cætero, Prior., et fratres prædicti habeant, teneant, gaudeant, poſſideant, et quaſi, ſupraſcripta ſuperius donata, dedicata, et deſignata, cum

omni-

omnibus ſuis juribus, et pertinentiis ipſis donatis, dedicatis, et deſignatis, et pro ipſis præf. D. Duci, ſpectantibus, et pertinentibus. Quam quidem donationem, dedicationem, et deſignationem, et omnia, et ſingula in ea contenta præf. D. Dux promiſit mihi Notario, nomine quo ſupra ſtippulanti, cunctis in antea temporibus perpetuo ratam, gratam, firmam, et ſtabilem, rata, grata, firma, et ſtabilia habere, et tenere, et ipſis non contrafacere, nec venire, prætextu ingratitudinis, vel ſupervenientium liberatum, vel alio jure revocare; ſupplendo ex certa ſcientia, et de ipſius poteſtatis plenitudine omnem ſolemnitatem, quæ tam de jure, quam de conſuetudine requiritur ad valorem præmiſſorum. Renuntians prælibatus D. Dux verſus me Notarium, nomine quo ſupra recipientem, exceptioni non factæ dictæ donationis, dedicationis, et deſignationis, omnique alii juri in contrarium, et omnibus probationibus, et teſtium productionibus contra prædicta, mandanſque mihi notario, ut de præmiſſis publicum conficiam inſtrumentum.

Actum in Caſtro Belzoioſi, diſtrictus Papiæ, videlicet, in ſala longa dicti Caſtri, ubi eſt pons levatorius, reſpiciens verſus montem, Præſentibus Mag. D. Carolo de Branchatiis, Comite Campaniæ, milite Franciſco de Barbavariis primo Camerario, nec non Egr. et ſap. legum Doctorib. Dominis Johanne de Carnago Cancellario Secreto, Philippino de Miliis, et Petro de Curte Conſiliariis, et Secretariis, et Henrico de Careſana, Magiſtro intratarum extraordinariarum, præf. D. Ducis Mediolani &c. teſtibus notis, et idoneis, ad præmiſſa vocatis, et rogatis; ſub anno Nativitatis D. N. Jeſu Chriſti currente milleſimo quadringenteſimo primo, die vigeſimo quarto menſis Junii, Indictione nona; Jubens præf. D. Dux prædicta omnia, et ſingula ſigilli ſui appenſione muniri in teſtimonium roboris præmiſſorum.

Subſcript. cum ſigno tabellionatus.

Ego

Ego Jacobus de Barbavariis f. q. D. Hērigini publicus Imperiali auctoritate Notarius Novarienſis, ac prælibati D. Ducis Secretarius, dum prædicta agerentur, et fierent, præſens fui, et rogatus prædictum inſtrumentum tradidi, et abbreviavi, illudq., aliis occupatus, ad ſcribendum dedi Notario infraſcripto, & ſubſcrip. cum appoſitione mei ſoliti ſigni in teſtimonium præmiſſorum.

Ego Leonardus de Baldo publ. Imper. auctoritate Notarius Novarienſis f. q. Johannini ſupraſcriptum inſtrumentum juſſu ſupraſcripti Jacobi de Barbavariis præf. Domini Ducis Secretarii, qui illud tradidit, et abbreviavit, ſcripſi, et me ſubſcripſi in teſtimonium præmiſſorum.

Regiſtrata ad offitium proviſionis Communis Mediolani in libro regiſtri litterarum Ducalium ipſius proviſionis officii anno 1472. in fol. ccxliiij.

Cum ſigillo Ducali ex funiculo ſerico in arcula pendente.

X I X.

Pacta conventa Canonicos inter & Monachos HIERONYMIANOS S. PETRI *ad Vincula de Urbe.*

A.D. 1411. 12.*O-ctobris.* IN Nomine Domini Amen. Anno milleſimo quadringenteſimo undecimo Pontificatus Domini Joannis Pape XXIII. Indictione quinta menſis Octobris die duodecima. In preſentia mei Notarij, et teſtium ſubſcriptorum ad hoc ſpecialiter vocatorum, rogatorum. Cum Eccleſia Sancti Petri ad Vincula de Urbe, ſtet, et permaneat in loco inhabitato, et ad preſens, et per longa tempora retroacta, ſit, nec facta ſit in eadem per aliquos Canonicos reſidentia, qua de Cauſa eadem Eccleſia minime officietur, et in ea divina officia non celebrentur, qua occaſione Reverendiſs. in Xtō

Pater,

Pater, et Dominus Joannes tituli ejuſdem Eccleſie, et S. R. E. Presbiter Cardinalis, et infraſcripti Canonici dicte Eccleſie procuraverunt adhibere omnem bonum modum cum ſolerti ſtudio, ut in dicta Eccleſia Divinus cultus augmentaretur, et celebraretur, et pro dicto non permaneat. Repererunt infraſcriptos Religioſos, et honeſtos Viros, qui favente Divino auxilio velint et intendant in dicta Eccleſia moram trahere, et reſſidentiam facere, et divina Officia in eadem celebrare, dumodo quidem ſit de volontate Domini noſtri Prelibati, et ejus interveniat conſenſus cum pactis Infraſcriptis; videlicet; Quod congregati, et coadunati in Choro dicte Eccleſie ad ſonum Campanelle ad Capitulum faciendum pro comodo, et utilitate dicte Eccleſie, et honore, et laude Omnipotentis Dei, et Apoſtoli predicti Principis Apoſtolorum, et manutentione dicte Eccleſie Venerabiles Viri Dominus Johannes de Normandis Vicarius, Dominus Jacobus de Papazuris, Dominus Andreas de Aliſſa, et Dominus Laurentius de Catticlini dicte Eccleſie, pro ſe ipſis et vice, et nomine Presbyteri Gregorii, et Domini Jacobi de Novelis Canonicorum ejuſdem Eccleſie abſentium propter eorum infirmitatem quam habent ad dictam Eccleſiam intereſſe non poſſunt, tamen ad infraſcripta facienda requiſiti, et vocati ut ipſi aſſeruerunt pro ſe ipſis vice, et nomine dicte Eccleſie, et pro ea cum conſenſu, aſſenſu, licentia, et voluntate dicti Domini Cardinalis preſentis, volentis, et conſentientis omnibus infraſcriptis ex una parte, et Venerabiles, et Religioſi, ac honeſti Viri *Frater Ferdinandus*, *Frater Ludovicus* Ordinis Glorioſi Doctoris Sancti Hieronymi pro ſe ipſis, et vice, et nomine eorum Fratrum Ejuſdem Ordinis ibidem venientium in futurum, *& dicti Ordinis* ex parte altera, devenerunt ad pacta infraſcripta, et conventiones inter eas partes habitas etiam ſolemni, et legitima ſtipulatione firmatas in hunc modum videlicet, dumodo quidem ſit de volontate, et con-

 ſenſu

ſenſu dicti Domini Domini Principis Johannis XXIII. et quod ejus conſenſus interveniat, quod dicti *Fratres Ferdinandus*, *&* *Frater Ludovicus* pro ſe ipſis, et vice, et nomine aliorum dicti *Ordinis* in futurum venientium in Eccleſia predicta, promiſerunt dicto Domino Cardinali, et Canonicis predictis preſentibus, et ſtipulantibus vice, et nomine dicte Eccleſie, et Capituli ejuſdem in dicta Eccleſia habitare, et reſidentiam facere, in ea Divinum cultum, et Officia divina celebrare diu, noctuque more bonorum virorum religioſorum, ac ipſam Eccleſiam, Reliquias, et res dicte Eccleſie manutenere, conſervare, et gubernare fideliter, legaliter, et bona fide. Item quod ubi ſit de volontate dicti Domini Noſtri, quod ſi aliquis dictorum Canonicorum decederet, ſeu etiam Prebendam aut Beneficium predictum cederet, decedat, et cedat *dictis Fratribus dicti Ordinis*, qui tunc erunt in dicta Eccleſia, et *ipſi Ordini*. Ita quod quandocunque ipſis cedentibus, vel decedentibus, vel eorum altero eorum cujuslibet ipſorum, et prebenda, et beneficium remaneat penes dictos *Fratres & Ordinem*. Verumtamen quod decedente, ſeu cedente aliquo eorum Canonicorum alter Canonicus, ad quem ſpectaret, poſſit, et valeat prebendam, et partem illius cedentis, vel decedentis optare, et ad ſe reducere more hactenus conſueto, dumque ille talis optans, et recipiens partem, et prebendam illius cedentis, vel decedentis relapſet, et aſſignet partem, et prebendam ſuam, et per eum poſſeſſam *dicto Ordini*, *&* *Fratribus* predictis. Item quod omnes oblationes, que pervenerint, et oblate fuerint in futurum dicte Eccleſie, et in eo tempore, quo oſtenditur Veronica, ac etiam a die Dominico Palmarum cujuslibet anni, uſque ad Feſtum Paſchatis Reſſurectionis Domini Noſtri Jeſu Chriſti, et ejus octavam, etiam a vigilia Indulgentie, que fit in dicta Eccleſia à principio Menſis Auguſti uſque ad Octavam, et ipſam Octavam, quo tempore aperitur *venerabilis Cathena* exiſtens in dicta Eccle-

ſia,

ſia, & quamdiu dicta Cathena, ſive locus, ubi ea poſita eſt permaneat aperta, & apertus. Item in die ſtationis dicte Eccleſie. Item in Anno Jubilei, & Conſilii, ſi Jubileus, & Conſilium in futurum fieri contigerit, videlicet per totum ipſum Annum Jubilei, & Conſilii dividantur inter eos comuniter, & comunes ſit, videlicet medietas dictarum oblationum, que afferuntur tam in altari, quam in partibus aliis dicte Eccleſie temporibus ſit dictorum Canonicorum tunc preſedentium, et alia medietas fuerit dictorum Fratrum, et Ordinis predicti: Item quod ſi aliqua relicta contigerit in futurum eidem Eccleſie fieri, ſive elemoſine *dictis Fratribus* infra alia tempora, et relicta quandocumque ea, et ille ſint dictorum Fratrum, *& Ordinis predicti*, quia ſic actum extitit inter partes predictas. Quibus omnibus ſic peractis, et factis, et firmatis inter partes, rogaverunt me Notarium Infraſcriptum, quod de predictis ad perpetuam rei memoriam conficerem publicum Inſtrumentum. Acta, et firmata fuerunt predicta ut ſupra in dicta Eccleſia, et loco predicto, preſentibus his teſtibus, videlicet Presbytero Johanne Conradi Hiſpano, Presbytero Nicolao Johannis Aloyſii Rectore Eccleſie S. Nicolai de Purna, Johanne Pauli Stephani, et Andrenezolo Capellano de Regione montium ad predicta vocatis, et ſpecialiter rogatis. Ego Laurentius Andree Omnia Sancti, Romanus Dei gratia imperiali auctoritate Notarius, et Judex ordinarius, quia predictis omnibus, et ſingulis interfui, et preſens fui, ideo ea ſcripſi, et publicavi rogatus, meumque ſignum appoſui conſuetum &c.

XX.

X X.

Diploma MARTINI V. PONT. OPT. MAX., *qui ampliſſimam* Ven. Lupo de Olmeto *facultatem concedit, ut abdicatis ritibus, & ceremoniis Monaſterii S. Mariæ de S. Sepulcro, Monaſteria omnia* HIERONYMIANÆ *Familiæ ad antiquam diſciplinam reſtituat, &* ad verum Ordinem Monachalem S. HIERONYMI, quem videlicet idem Sanctus in Monaſterio una cum ſuis Monachis per magna, & uſque ad ſui obitus tempora tenuit, & obſervavit.

MARTINUS EPISCOPUS *Servus Servorum Dei ad perpetuam rei memoriam.*

ET ſi pro cunctorum Chriſti fidelium, ſupra quibus Curam Apoſtolatus Officij gerimus, ſtatu ſalubriter dirigendo, et ampliando libenter adhibeamus ſolicitudinis noſtræ partes, illos tamen affectuoſiori ſtudio proſequimur charitatis, qui, mundanis abiectis illecebris, in humilitatis ſpiritu virtutum Domino famulantur: Et non ſolum per contemplationem Celeſtium cum Maria, optima parte fruuntur, verum etiam Sanctam Marthæ ſolicitudinem imitantes, Divinis ſolertius vacant Officiis, ac ſuis bonis verbis, exemplis et operibus, ſtudiis anhelant intrepidis ad Dominicam aream multos afferre manipulos, et de talentis eis creditis bonam Domino reddere rationem, quoſque precipue Deus elegit, tanquam ſpecialis regularis obſervantiæ Zelatores. Quapropter non immerito eodem excitamur officio, ut cura pervigili, ſic providere curemus, quod eos in tam Sanctis Operibus nil diſpendij, aut ſiniſtri impediat, ſeu perturbet, ipſique ferventiori ſpiritu continuum impendere poſſint Altiſſimo famulatum.

Nuper ſiquidem pro parte dilecti fily *Lupi de Olmeto Or-*

dinis

dinis Monachorum heremitarum Sancti Hieronymi *Generalis Prepoſiti* ſub Regula Sancti Auguſtini viventium nobis expoſitum fuit, quod ipſe, ac aly quamplures Fratres *Ordinis Fratrum* Sancti Hieronymi communiter nuncupati, Zelo devotionis accenſi ob frugem Vitæ melioris, arctius, quam obſervantia *Ordinis* Fratrum {hujuſmodi exigeret regularis, ſub ejuſdem tamen Regula, et Ordine vitam colere deſiderant, et ad hoc nonnulla loca pro Monaſteriis apta, pia largitione Fidelium aſſignari, et deputari ſperarent, Nos per alias noſtras litteras eidem *Lupo*, Heremitorium la Cella nuncupatum in Montibus Loci de Caçalla Hiſpalenſis Diocefis conſtitutum cum omnibus contiguis, ac bonis aliis mobilibus, et immobilibus ad dictum Heremitorium pertinentibus ei aſſignatis, ac alia quatuor loca in hæremis ad hoc apta, congrua, atque honeſta per eum juſtis titulis adipiſcenda in Monaſteria Ordinis Fratrum predictorum ſub vocabulo ejuſdem Sancti Hieronymi de piis Chriſti fidelium ſuffragiis, et elæmoſinis, cum neceſſariis Officinis erigendi, ſibi, et Fratribus predictis, vitam arctiorem hujuſmodi aſſumendi liberam licentiam conceſſimus. Nec non etiam Ordinationes, et ſtatuta Statui Monacali decentia tunc expreſſa, ſub quibus Fratres ipſi gubernarentur, et viverent, eorum defectus ſupplentes confirmavimus: Quedam etiam pro felici ſtatu, et incremento ejuſdem Religionis ac vitę arctioris hujuſmodi ſtatuimus, et ordinavimus; Nec non inter cętera eundem *Lupum* omnium Priorum, et Fratrum Monaſteriorum predictorum, et que pro tempore fuerint, qui Statuta, Ordinationes, ac vitam arctiorèm hujusmodi ſponte ſuſceperint, Superiorem, ac Caput, et Prepoſitum conſtituimus, et deputavimus, volentes, quod Priores, et Fratres prædicti ipſi *Lupo* tanquam Capiti, et Majori ſuo obedire tenerentur, eoque vita functo Prioribus, Fratribus, et Monaſteriis predictis ille pręficeretur in majorem, eorumque omnium cęterorum Caput, et Prepoſitum,

tum, qui Prior foret pro tempore Monaſtery videlicet cujus idem *Lupus* Prior eſſet tempore obitus antedicti. Quodque ejuſdem Monaſterii ille Prior, & predictorum omnium Prepoſitus exiſteret, quem Fratres ipſius Monaſtery, ceteriſque Priores Monaſteriorum prędictorum per ſe, vel alios ſuo nomine in eorum Generali, vel privato Capitulo, ſeu eorum major pars canonice ſimiliter elegerint. Et inſuper præfatum *Lupum*, & qui poſt ipſum Superior omnium predictorum foret, Prępoſitum, & qui in eiſdem Monaſteriis preeſent Priores Monaſteriorum *Ordinis Monachorum hęremitarum* Sancti Hieronymi dictoſque Fratres ſub prędictis Statutis, & Ordinationibus viventes, ac ſubditos, Monachos hęremitas, ac alios Converſos Fratres hęremitas Sancti Hieronymi decreto nuncupari, & appellari decrevimus, aliaque fecimus, & ordinavimus pro ut in dictis litteris plenius continetur.

Cum autem, ſicut exhibita nobis poſtmodum pro parte ejuſdem *Luppi* petitio continebat, quod tam primi Inventores, ſeu Inſtitutores ac eorum Poſteri, & Succeſſores Ordinis Fratrum hujuſmodi Priores & Fratres, quam etiam *Lupus* ipſe nunquam verum Ordinem Monachalem Sancti Hieronymi, quem idem Sanctus Hieronymus cum ſuis Monachis tenuit, et obſervavit, ac ſcripſit, et predicavit profeſſi fuerint, tenuerint, aut obſervaverint, ſed Inventores, ac Inſtitutores prędicti à primevo dicti ſui Ordinis fundationis tempore, Regulam Sancti Auguſtini in habitu, et ſermone; *ritum, ac Conſtitutiones, & Ceremonias & obſervantiam Fratrum Monaſterii Sanctę Marię de Sancto Sepulcro*, Ordinis ejuſdem Sancti Auguſtini Florentię Dioceſis, ſibi dari, & concedi à fel. recordationis Gregorio Papa XI. Prędeceſſore noſtro impetraverint. Quod etiam licet ad ritum Conſtitutiones, & Ceremonias prędictas ſe omnino teneri, ſeu coarctari voluerint: tamen propter ſingularem devotionem quam ad dictum Sanctum Hieronymum ſe habere aſſere-

aſſerebant, quod Fratres hęremite SANCTI HIERONYMI hactenus non obſervaverunt. Unde Priores, Fratres, & Lupus pręfati dictum *Monachalem Ordinem* SANCTI HIERONYMI hactenus non obſervaverunt. Nam à tempore premiſſo Inſtitutionis, poſteri Succeſſores, Priores & Fratres predicti, licet non languentes, Carnes etiam in Reffectorio bis in die, quę Monachis omnino prohibentur, ut plurimum comedant; Nec Cappam, nec Cucullam, ſeu floccum, qui proprie eſt habitus Monachorum, portare hactenus conſueverint, licet idem *Luppus*, & quamplures ex dictis Fratribus, ex eo quod *Fratres* SANCTI HIERONYMI, ut predicitur, nuncupabantur Ordinem proprium ejuſdem SANCTI HIERONYMI intraſſe, ac habere, & tenere, & ſub eo vivere quam plurimum crediderint: ſeq; propterea in dictis litteris noſtris, *Fratres Ordinis* SANCTI HIERONYMI nominaverint eundem, SANCTUM HIERONYMUM *monachalem vitam* obſervaſſe *non ignorantes*.

Et ſicut eadem petitio ſubjungebat, licet obpręmiſſa Luppus ipſe, ac plerique ex Fratribus predictis, volentes in ſtatu Monachali hujuſmodi arctiori, & perfectiori vivere; Ac ut ſemotis omnibus Conſcientiarum ſuarum ſcrupulis, quemadmodum nomen tantum habent SANCTI HIERONYMI, ita etiam opera, & Monachalem vitam imitando, rem, & effectum habere mereantur, ut nomen conſonum ſit rei, & ipſorum majora merita augeantur ex vita arctiori, & perfectiori, *verum Ordinem Monachorum hęremitarum* SANCTI HIERONYMI, *quem videlicet ipſe Sanctus, & ejus Monachi tenuerunt ſeu eorum vitam Monachalem* quantum ad hęc tantum, que Ordinis Monachalis ſubſtantialia, ſeu etiam Monachis juxta doctrinam ejuſdem SANCTI HIERONYMI principalia ſunt; ut pote in ſolitudine habitare, a Carnibus (exceptis debilibus, & infirmis) abſtinere, & in Contemplatione vivere, & Cucullam, Cappam, & ſcapulare ſuis loco, & tempore pro habitu recipere, obtinere, & obſervare, & ſub titulo hujus

Ordinis Monachalis Sancti Hieronymi nuncupari, ſub illoque perpetuis temporibus eſſe, vivere, & permanere; Dictumque Ordinem Fratrum, nomen tantum ejuſdem Sancti Hieronymi, ut predicitur habentium, nec ejus vitam Sectantium tanquam laxiorem dimittere, & ad hujuſmodi *verum Ordinem Monachorum heremitarum* Sancti Hieronymi per opera ut prędicitur, immitando tranſire, una cum acquiſitione, & erectione Monaſteriorum prędictorum, ac receptione, & retentione Priorum, Monachorum, & Fratrum pręſentium, ac pro tempore exiſtentium omniumque, & ſingulorum Statutorum, Ordinationum, gratiarum exemptionum, & privilegiorum in dictis litteris expreſſorum vehementius exoptent. Ipſi tamen Luppus, & Fratres id ex conceſſionibus in predictis litteris eis factis, licite efficere poſſe dubitant ſine Sedis Apoſtolicę licentia ſpeciali. Quare pro parte dicti Luppi fuit nobis humiliter ſupplicatum, ut pro majori dilucidatione omnium prędictorum, & ad evitandum omnium Conſcientiarum Scrupulos, atque remorſus ſibi, ac Fratribus prędictis, perſonis, Prioribus, Monachis, & Fratribus quibuſvis, etiam ſi alterius equalis, vel laxioris, licet in debita, ac regulari obſervantia conſtituti fuerint, qui *hujuſmodi Ordinem Monachalem* Sancti Hieronymi ſuperius explicatum ſponte ſuſcipere voluerint, ad eundem de ſuis, quos profeſſi fuerint Ordinibus tranſeundi, illumque tenendi, & obſervandi licentiam concedere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Nos igitur, qui Religionis propagationem, ac Divini cultus augmentum noſtris potiſſime temporibus intenſis deſideriis affectamus, volentes *Luppum* ac Priores, & Fratres prędictos in eorum laudabili propoſito confovere, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati *Ordinem hujuſmodi Monachalem ejuſmodi* Sancti Hieronimi prout ſuperius ſpecificatus eſt, Expreſſius, & Clarius aucthoritate Apoſtolica tenore pręſentium, ex certa noſtra ſcientia approbamus, confirmamus & preſentis

ſentis ſcripti patrocinio communimus, eumque inter cęteros ab Eccleſia approbatos Ordines computari, & nomine prędicto appellari, & ab eiſdem *Luppo* Prioribus modernis, & Fratribus nunc, & pro tempore exiſtentibus ſub prędicta Regula Sancti Auguſtini obſervari volumus, atque jubemus, dictumque *Luppum* ac omnes, & ſingulos pręfatos alioſque Priores, Monachos, & Fratres Ordinum prędictorum, vitam, & *Ordinem hujuſmodi Monachalem* Sancti Hieronymi quandocunque aſſumere ſponte volentes, & ad eundem Ordinem pro tempore venientes, eorumque Monaſteria, & loca cum erectione, acquiſitione, & retentione Monaſteriorum, ac obſervatione Statutorum, ac Ordinationum, & ſingulorum aliorum prędictorum ad *hujuſmodi verum Ordinem Monachalem* Sancti Hieronymi *ut prefertur deſignatum, quem videlicet idem Sanctus in Monaſterio, una cum ſuis Monachis per magna, & uſque ad ſui obitus tempora tenuit, & obſervavit, aſſumimus:* Eiſque ſuperiorum ſuorum quorumcumque licentia minime requiſita, ad Ordinem hujuſmodi *monachalem* Sancti Hieronymi libere tranſeundi; ipſique *Luppo*, Priores, Monachos, & Fratres, & Monaſteria prędicta, qui Vitam, & Ordinem hujuſmodi ſponte ſuſcipere voluerint etiam aſſumendi, & ipſum *Ordinem Monachalem*, licentia hujuſmodi minime petita, recipiendi, & incorporandi plenam, & liberam, auctoritate pręfata, licentiam elargimur.

Et inſuper ne profeſſores *Monachalis Ordinis hujuſmodi* prò tempore exiſtentes in diſſolutionem aliquam contra eorum habitum deveniant, & ut de eo notitiam habeant certiorem, volumus, ſtatuimus, & etiam Ordinamus, quod dictus Luppus, & quicunque poſt ejus obitum Prępoſitus fuerit pręfati Ordinis Monachorum, & ſinguli illius Priores, Monachi, & Profeſſores pro tempore exiſtentes, Cucullam talarem, quę conſtitutione bonę memorię Clementis Papę V. etiam Prędeceſſoris noſtri flocus vocatur, in Choro, Eccleſia, Monaſteriis ejuſdem Ordinis Monachorum,

 horis,

horis, & temporibus, quibus eidem Luppo Prepoſito ſtatuendum videbitur; Et cum extra Monaſterium perexerint, & predictam Cucullam non portaverint, Cappam cum ſingulis Caputiis in ipſorum circuitu colli ſutam per ſpatium unius palmi tantum retro pendentibus, nec humeros in eorum dependentia excedentibus, deſuper omnes veſtes, & cum Cucullam hujuſmodi non portaverint, ubicumque etiam in lectis, preter quam in infirmitate gravi, Scapulare cum Caputiolo in eodem ſuto, quod Caput, & collum tantum cooperiat, ſine dipendentia aliqua ſuper humeros, & ſcapulas de pano nigro de ſui natura, vel ex tincta, groſſo & vilis pretii & albam tunicam etiam talarem, quaſi ſimilis groſſitudinis, & pretii, Converſi vero Fratres dicti Ordinis Monachalis, Mantellum tantum, nullum Caputium habentem, cum ſimili ſcapulari, & alba tunica de predicto panno groſſo portare teneantur, quam quam habitum predictum, & coloris hujuſmodi, videlicet Cucullam, Cappam, & dictum Scapulare ſine pendentia Caputii ſuper humeros, modo quo ſupra deſignatum minime habentes hactenus non geſtaverint, ſed tantum Scapulare, cum pendente Caputio, & Mantellum griſeum & albam Tunicam, quos dicti Fratres portant, ut idem Luppus aſſerit pro habitu habere conſueverint.

Preterea quoniam natura ſemper novas deproperat formas in eodemque Ordine Monachali ſepe aliqua ſtatuenda evenient, ac etiam reformanda, eidem *Luppo Prepoſito*, quecunque ſtatuta, & ordinationes, quę prędicto Ordini, aut ipſis Monaſteriis, ſeu pro tempore exiſtentibus Prioribus Monachis, vel Fratribus, vel eorum alicui, ſeu circa eorum Regimina, & adminiſtrationes ipſorumque correctiones, punitiones, ac Priorum, & aliorum Officialium Monaſteriorum prędictorum, Inſtitutiones, Deſtitutiones, abſolutiones, Privationes, vel ſuſpenſiones, quęcunque in comuni vel particulari, perpetuo, vel ad tempus arbitrio dicti *Luppi* fuerint neceſſa-

ceſſaria, ſive utilia, faciendi, ſtatuendi, ordinandi, & edendi; illaque ac in prefatis noſtris litteris contenta in favorem ejuſdem Ordinis edita, Conſtitutiones, Ordinationes, & Statuta, ſi que mutatione, correctione, additione, declaratione, interpretatione, ſeu diſpenſatione eodem arbitrio indigeant, ſuper quibus dicti *Luppi* conſcientiam oneramus, nuctandi, corrigendi, reformandi, declarandi, interpretandi, ac circa ea diſpenſandi; Quodque ut Fratres, & Profeſſores predicti ſicut Ordinem, ſic & regulam ejuſdem Sancti Hieronymi teneant, & obſervent, quod idem Luppus regulam vivendi in Monaſteriis, quam dictus Sanctus Hieronymus edidit, ac inter Epiſtolas ſuas ſcripſit ad Euſtochium, & Moniales, que incipit. *Tepeſcens in membris proclivum Corpus;* & finit. *Sanctis veſtris jurate Orationibus*, quandocumque ſibi videatur in Regulam hujuſmodi Monaſteriorum, in locum predicte Regule Sancti Auguſtini, demptis tamen de ea quibuſdam, que potius ad feminas, propter earum ſexum, quam ad mares pertinent, que etiam ſpecificare, & ſub nomine marium adaptare, & mutare valeat, ſuſcipere poſſint plenam, & liberam auctoritatem tenore preſentium prefatis concedimus facultatem.

Ceterum cupientes ut predicta omnia, & ſingula melius & abſque cujuſquam impedimento ab omnibus Religioſis Profeſſoribus ejuſdem Ordinis inviolabiliter teneantur, & obſerventur, univerſis, & ſingulis, tam Prioribus, quam Monachis, & Fratribus Ordinum hujuſmodi, eorumque Superioribus, & aliis Perſonis Eccleſiaſticis, & ſecularibus quibuſcunque in virtute Sancte obedientie precipimus, & mandamus, quatenus ad predicta, ſeu eorum ſingula tenenda, obſervanda & exequenda nullum impedimentum prefato Luppo, aut poſt ejus obitum futuro Prepoſito, nec non Prioribus, Monachis, & Fratribus dicti Ordinis Monachorum Sancti Hieronymi, aut alicui eorum exiſtentibus; ac ſub prefatis ſtatutis, Ordinationibus, & *hujuſmodi Ordine*

Mona-

Monachali vivere volentibus preſtent, ſeu preſtari faciant per ſe, vel per alios quoquo modo: Mandantes etiam ex nunc Venerabilibus Fratribus noſtris Archiepiſcopo Toletano ac Bononien., & Cartaginen. Epiſcopis, quatenus ipſi, aut eorum aliquis per ſe, vel alium, aut alios, quoties ſuper premiſſis, vel aliorum aliquo pro parte dicti *Luppi* aut poſt ejus obitum Prępoſiti ſeu aliorum Profeſſorum prędictorum, vel aliorum eorum fuerint quomodolibet requiſiti, ſeu ipſorum alter fuerit requiſitus, *Luppo* Prepoſito, Prioribus, Fratribus, & Profeſſoribus, ac Monaſteriis ipſis, opportune deffenſionis prędidio aſſiſtant eoſque contra pręmiſſa, aut eorum aliquem nullatenus moleſtant, ſeu inquietari permitant: Contradictores quoslibet, & rebelles per Cenſuram Eccleſiaſticam, & alia juris remedia, auctoritate pręfata, appellatione remota, compeſcendo. Super quibus eis, etiam ſimilem harum ſerie, concedimus facultatem.

Non obſtantibus premiſſis, ac conſtitutionibus Apoſtolicis, nec non aliis ſtatutis, & conſuetudinibus Monaſteriorum, et ordinum prędictorum etiam juramenta confirmatione Apoſtolica, vel quacunque firmitate alia roboratis, & quibusvis aliis privilegis, Indulgentiis, ac in prędictis noſtris, at aliis quibuscumque litteris Apoſtolicis contentis, quasvis clauſulas Derogatorias, quas preſentibus haberi volumus pro expreſſis in ſe continentibus per nos, aut Sedem predictam eisdem Monaſteriis, vel ordinibus in genere, vel in ſpecie ſub quavis verborum forma conceſſis, ac ſi ne eis, et de eorum totis tenoribus, ac de verbo ad verbum, plena, et expreſſa in pręſentibus mentio facienda foret, ceterisque contrariis quibuscumque. Nos enim ex nunc irritum decernimus, et inane, ſi ſecus ſuper his a quocumque quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attemptari.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę conceſſionis approbationis, Confirmationis, Communicationis, Ordinationis, aſſumptionis, Statuti, Mandati, volontatis, et conſti-

conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contrahire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, et Beatorum Petri, et Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Dat. Gallicani Preneſtin: Dioceſis quarto idus Auguſti Pontificatus noſtri Anno VII.

X X I.

Monachi omnes de Caſtellatio antiquam S. Parentis HIERONYMI *Diſciplinam a B. Lupo reſtitutam, & MARTINI V. PONT. Diplomate roboratam ſe recepturos afferunt, & pollicentur; ſuamque ipſorum datam fidem publicas in tabulas referunt.*

IN Nomine Domini Amen. Anno Nativitatis ejuſdem *A.D.*
milleſimo quadringenteſimo vigeſimo quinto Indictione 1425.
tertia die Jovis vigeſimo ſecundo Menſis Febbruarij in Mo- 22.
naſterio S. HIERONYMI prope Mediolanum, videlicet in Ec- *Feb.*
cleſia dicti Monaſterii, convocato ad infraſcripta ejuſdem Monaſterii Capitulo, videlicet ſingulis ejuſdem Monaſterii omnibus Fratribus de mandato Domini Fratris Antonii de Breppio, Subprioris dicti Monaſterii, ſeu vices Prioris tenentis ſpecialiter, vocatis videlicet Fratre Gaſparo de Paſqualibus presbitero, Fratre Paſcaſio Subdiacono, Fratre Jacobo de Venderio, Fratre Hieronymo de Graſſis, & Fratre Franciſchino de Miſano omnibus Fratribus profeſſis dicti Monaſterii, ipſique omnes coram Reverendiſs. Patre, ac Domino Fratre Luppo Ordinis Monachorum Heremitarum SANCTI HIERONYMI Prepoſito Generali, & in mei Notarii, ac teſtium infraſcriptorum preſentia conſtituti unanimes, & concordes prehabita in matura deliberatione, & certificati de quibuſdam ſtatutis, ac Ordinationibus infraſcriptis per Sanctiſſimum Dominum Noſtrum Papam Martinum quintum, traditis, confirmatis, ſeu conceſſis per litteras Apoſtoli-

ſtolicas ſub data Gallicani ſeptimo idus Auguſti, Pontificatus ſui anno ſeptimo, credentes, quod ſub hujuſmodi ſtatutis, & Ordinationibus viventes multo arctius religionem debitam obſervabunt, & apud Altiſſimum majus meritum obtinebunt. Et ut nonnullas gratias, privileggia, exemptiones, & libertates per eundem Dominum Noſtrum Papam conceſſas acquirant, & eiſdem gaudeant, & fruantur dixerunt quod ſuſcipiebant, & ſuſceperunt, eligebant, & elegerunt, predicta omnia, & ſingula infraſcripta ſtatuta & ordinationes in dictis litteris Apoſtolicis deſcripta, & contenta, que fuerunt ſibi de verbum recta, & coram me Notario infraſcripto declarata, & oſtenſa per dictas litteras Apoſtolicas ſibi lectas. Volentes de cętero ſub eiſdem vitam ſuam agere ſecundum illa ſe moreſque ſuos confirmare promiſerunt, & eorum quilibet expreſſe promiſit in manibus prefati Domini Fratris Luppi Prepoſiti Generalis eorundem, & futurorum Fratrum ac Monachorum vice in dicto Monaſterio, pro tempore exiſtentium recipientis, & pariter eorundem profeſſionem admittentis, quorum quidem ſtatutorum, ſive Ordinationum predictorum pro ut in dictis litteris Apoſtolicis continetur in hac forma tenor ſequitur, & eſt talis. *Licet creatura non habeat quid pro merito ſuo rendeat Creatori ſi tamen &c.* & ſequitur *pro ut in prima Bulla uſque ad illa verba*. Non obſtantibus &c. poſt quę additur = Quiquidem ſubprior, & Fratres petierunt, & rogaverunt per me Beltraminum de Ello Notarium Infraſcriptum publicum debere tradi, & confici Inſtrumentum unum, & plura ejuſdem tenoris &c.

Actum in dicta Eccleſia prędicti Monaſterij Sancti Hieronymi ſita in dicto Monaſterio preſentibus pro teſtibus pręfato Domino Fratre Luppo, & Fratre Alvaro de Hiſpania ejuſdem Ordinis profeſſis, & Domino Grometio Gondiſalvi Archidiacono de Cuellar in Segobienſi Eccleſia omnibus Teſtibus notis, idoneis, vocatis, & ad premiſſa ſpecialiter rogatis.

Ego

Ego Beltraminus de Ello filius quond: Domini Ambroſij Notarius publicus Imperiali auctoritate Civitatis Mediolani Portę novę Parrochie S. Bartholomei rogatus tradidi, & me in premiſſorum omnium Teſtimonium ſubſcripſi.

Ego Conſtantius de Ello Notarius filius quond: Domini Ambroſij Civitatis Mediolani Porte nove Parrochie Sancti Bartholomei intus juſſu ſupradicti Notarii ſcripſi.

X X I I.

Diploma alterum MARTINI V. PONTIFICIS, *qui Ven. Lupo ejuſque Monachis indulget, ut abdicata* Regula *S. Auguſtini monaſticę Vitę rationem ſuſcipiant, quam Lupus ipſe ex* SANCTI HIERONYMI *libris extraxerat, compilaverat, & veluti in unum corpus reduxerat.*

MARTINUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Dilecto filio *A. D.*
Lupo de Olmeto præpoſito generali, ordinis Mona- 1429.
chorum SANCTI HIERONYMI, Salutem, & Apoſtolicam be- 13.
nedictionem. *Martii.*

Pia nos excitat, & inducit affectio, ut ſinceræ devotionis propoſitum, quo glorioſi SANCTI HIERONYMI doctrinam, & vitam Monachales imitari contemplatione ſtudens aſſidua paternis affectibus proſequentes, votis tuis juſtis & honeſtis, per quæ regularis, & Monachalis obſervantia, ſub qua ſanctus ipſe in hoc ſæculo ſua devota altiſſimo exhibuiſſe comprobatur obſequia in Dei Eccleſia propagari, digneque venerari valeat, benignum, & benevolum impertiamur aſſenſum. Dudum ſiquidem inter alia ad noſtram audientiam perducto, quod tu, & plerique alii fratres SANCTI HIERONYMI communiter nuncupati, ſub regula S. Auguſtini viventes, zelo devotionis accenſi, & ob frugem vitæ melioris arctius, & perfectius, quam regula dictaret hujuſ-

 modi,

modi, & *in vero ſtatu Monachali quem ipſe* SANCTUS HIERONYMUS *cum ſuis Monachis, & fratribus profeſſus fuiſſe*, & in communi obſervaſſe perhibetur vivere, & ut nomen gerebatis ejuſdem ſancti, ſic ejus vitam, regulam, & opera deſiderabatis imitari. Nos tunc hujuſmodi propoſitum condignum, & rationi conſonum recenſentes, tibi inter cætera, ut regulam vivendi in Monaſteriis, in quadam Epiſtola ad Euſtochium, & moniales, quæ incipit: *Tepeſcens in membris proclivum corpus*, ut aſſeritur directa, contentam, & deſignatam, quam dictus SANCTUS HIERONYMUS tunc a pleriſque inter alias ſuas Epiſtolas edidiſſe, & conſcripſiſſe dicebatur, quandocumque tibi videretur in regulam Monachorum eremitarum ejuſdem ſancti, in locum dictæ regulæ S. Auguſtini ſuſcipere poſſes, plenam, & liberam per alias noſtras litteras, quas & earum tenores præſentibus haberi volumus pro expreſſis, conceſſimus facultatem: pro ut in eiſdem litteris plenius continetur.

Cum autem ſicut exhibita nobis nuper pro parte tua petitio continebat, a nonnullis vertatur in dubium, an ipſe SANCTUS HIERONYMUS dictam Epiſtolam ediderit; tuque propterea vivendi normam in ea, ut præfertur traditam, pro Statutis dumtaxat ejuſdem Ordinis, & non regula hactenus ſuſceperis, ſed ſtabili potius fundamento pro inſtitutione regulæ ejuſdem Sancti provide per te ſuſcepto, ex diverſis Epiſtolis, & tractatibus per dictum SANCTUM HIERONYMUM editis, & per Eccleſiam approbatis, nonnulla veram religionis doctrinam, vitamque Monachalem, quam idem ſanctus cum ſuis Monachis, & fratribus in ejus vita in communi, quo ad ea quæ principalia ſunt ſtatus, & vitæ Monachalis, per multa, & uſque ad obitus ſui tempora obſervavit, & aliquos alios obſervare monuit continentia extraxeris, compilaveris, & velut in unum corpus ſub certis titulis reduxeris, ſub quibus tu, & plerique alii Monachi, & fratres dicti ordinis, Altiſſimo

mo concedente, vobis etiam ſuper hoc apoſtolici favoris ſuffragante præſidio, de cætero degere, & permanere, ac illa in regulam ſuſcipere proponitis, & etiam affectatis. Pro parte tua nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut per te extracta, & compilata, in modum vivendi, & formam regulæ hujuſmodi, tibi & ſucceſſoribus tuis Præpoſitis, ac omnibus, & ſingulis Prioribus, Monachis, fratribus, & perſonis dicti ordinis præſentibus, & futuris, qui in illo vivere, & Altiſſimo famulari voluerint, in locum dictæ regulæ S. Auguſtini ſuſcipiendi, ac dictum ordinem SANCTI HIERONYMI profitendi poteſtatem, ac licentiam concedere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Nos igitur hujuſcemodi regularem, & Monachalem obſervantiam dicti SANCTI HIERONYMI laudabilem, & in vita ejus per ipſum obſervatam merito laudantes, & approbantes, illamque in Dei Eccleſia in ordinem Monachalem attolli, & obſervari intenſis deſideriis affectantes, necnon pio, & ſincero tuæ devotionis propoſito, grato concurrentes aſſenſu, hujuſcemodi quoque ſupplicationibus inclinati, diſcretioni tuæ *doctrinam, & inſtituta Monachalia ejuſdem* SANCTI HIERONYMI, *pro ut per te Domino inſpirante* ex eiſdem Epiſtolis, & tractatibus, ut præmittitur, non mutatis ſententiis extracta, compilata, & reducta ſunt, loco regulæ S. Auguſtini, & Statutorum in Epiſtola contentorum, hujuſmodi in regulam Monachalem ordinis Monachorum æremitarum dicti SANCTI HIERONYMI, cujus tu ipſe profeſſus exiſtis, illamque vitam in ordinem hujuſmodi ſuſcipiendi, ac ipſam regulam ejuſdem Sancti, Prioribus, Monachis, fratribus, & perſonis prædictis ſub ea vivere cupientibus, quos etiam, ac te a dictæ regulæ S. Auguſtini, & Statutorum per te juxta dictam Epiſtolam *Tepeſcens* ſuſceptorum, licet authoritate ſedis Apoſtolicæ confirmatorum obſervantia, ex tunc penitus abſolutos eſſe volumus, & decernimus per præſentes, etiam ſub modis, & formis in dictis

ctis litteris expreſſis, tibi etiam quo ad hoc ſuffragari; & alias in ſuo robore permanere volumus obſervandam tradendi, & publicandi plenam, & liberam authoritate Apoſtolica tenore præſentium, concedimus facultatem, volentes, & authoritate præfata ſtatuentes, quod poſtquam regulam hujuſmodi tradideris, publicaveris, ut præfertur, ex tunc tu, Priores, Monachi, fratres, & perſonæ prædicti ordinis, ſecundum illam vota principalia religionis hujuſmodi emittere profiteri, & vivere teneamini; voſque & mores veſtros tam eidem regulæ, quam etiam illis doctrinæ, & inſtitutis in quadam Epiſtola per Sanctum Euſebium diſcipulum ejuſdem Sancti Hieronymi ad Damaſum Epiſcopum Portuenſem, & Theodorum Romanum Senatorem, de vita & doctrina religionis, ac obitu, & miraculis ipſius Sancti Hieronymi deſtinata contentis, nec non per eumdem Sanctum Hieronymum dum in extremis ageret ſuis Monachis pro obſervantia regulari, & vitæ integritate, ſanctimoniaque relictis, conformare debeatis. Et nihilominus nè hujuſmodi regula per te ſuſcipienda, & aliis Monachis tradenda cuiquam nimium gravis appareat, aut oneroſa, volumus, & eadem tibi authoritate concedimus, quod Priores, Monachi, fratres, & perſonæ prædictæ, aut illi ex eis, qui regulam hujuſmodi ſuſceperint, illam, aut inſtituta, & doctrinam in Epiſtola ejuſdem S. Euſebii, vel aliqua contenta in eiſdem quandoque humana fragilitate, aut infirmitate cauſante, ſeu alias tam exactè pro ut traditur in eiſdem obſervare nequiverint, non propterea mortalis peccati vinculo ſint ligati, ſed per ſuos ſuperiores corporali dumtaxat pęna qua congruit procedatur, eiſque pro exceſſu, & tranſgreſſione, ac pro modo culpæ injungi valeat pœnitentia ſalutaris, quam humiliter ſuſcipere, & adimplere teneantur. Quodque tu, & ſucceſſores tui præpoſiti dicti ordinis Monachorum illos ex Prioribus Monachis, & fratribus prædictis, qui ordinem ipſum jam ſub dicta regula Sancti Auguſti-

guſtini profeſſi ſunt, ac propter infirmitatem hujuſmodi, ſeu quavis alia de cauſa ad obſervandum hujuſmodi regulam Sancti Hieronymi, ſe impotentes ſenſerint, aut alias eam acceptare noluerint, ut ſub illis, regula, obſervantia, & obedientia regularibus, ſub quibus eos tu hactenus rexiſti, & gubernaſti, et de cætero regere, & gubernare, ipſique in illis remanere, & Altiſſimo famulari; cum eis quoquæ ac etiam illis, qui ſecundum ipſam regulam Sancti Hieronymi, & ut præfertur in poſterum pro tempore profitebuntur, caſu aliquo de præmiſſis, aut alia rationabili cauſa, de qua tibi, ſeu illis videbitur ſubſiſtente, ſuper ſingulis in eadem regula Beati Hieronymi contentis, authoritate prædicta, per vos, vel alios diſpenſare, aut alias eorum animarum ſaluti, prout expediens fuerit, conſulere et etiam providere valeatis, ſuper quibus tibi, et ſucceſſoribus ipſis etiam plenam, et liberam harum ſerie concedimus facultatem. Decernimus inſuper authoritate prædicta, quod hujuſmodi regula poſtquam per te tradita, et publicata fuerit, ut præfertur, robur obtineat perpetuæ firmitatis, et ab omnibus, qui ſecundum eam vota eorum principalia ſponte profiteri voluerint, juxta illius continentiam, et effectum inviolabiter obſervetur. Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus Apoſtolicis, nec non omnibus iis, quæ in dictis litteris non obſtare voluimus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtræ conſtitutionis, ſtatuti, voluntatis, et conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem omnipotentis Dei, et Beatorum Petri, et Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſum. Dat. Romæ apud Sanctos Apoſtolos, Idibus Martii Pontificatus noſtri anno duodecimo.

XXIII.

XXIII.

Diploma tertium ejuſdem Pontificis, qui antedictam Sancti Hieronymi *Regulam ab Hieronymiana Familia ſuſcepta apoſtolica comprobat auctoritate.*

A.D. 1430. 10. Julij.

MArtinus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

Et ſi pro cunctorum Chriſtifidelium ſuper quibus curam Apoſtolatus officii gerimus ſtatu ſalubriter dirigendo, et ampliando libenter adhibeamus ſolicitudinis noſtræ partes; illos tamen affectuoſiori ſtudio proſequimur charitatis, qui mundanis abjectis illecebris in humilitatis ſpiritu ſedulo virtutum Domino famulantur. Unde ea quæ pro illorum ſub vera religionis obſervantia ſtabiliendo propoſito provide emmanaſſe comperimus, ut firma illibataque permaneant libenter Apoſtolico munimine roboramus.

Nuper ſi quidem pro parte dilecti filii Lupi de Olmeto Ordinis Monachorum eremitarum Sancti Hieronymi Generalis Præpoſiti nobis expoſito, quod dudum ipſe, et plerique alii profeſſores ordinis ejuſdem Sancti Hieronymi ſub regula S. Auguſtini tunc viventes zelo devotionis accenſi ob frugem vitæ melioris, arctius et perfectius quam regula dictaret hujuſmodi, et in vero ſtatu Monachali, quem ipſe Sanctus Hieronymus cum ſuis Monachis, et fratribus profeſſum fuiſſe, et in communi obſervaſſe perhibetur, vivere, et ut nomen gerebant ejuſdem Sancti, ſic ejus vitam, regulam, et opera deſiderabant imitari. Idcirco ad hujuſmodi ordinis ſtabile potius fundamentum, pro inſtitutione regulæ Monachorum eremitarum ordinis dicti Sancti Hieronymi ex diverſis Epiſtolis, et tractatibus perdictum Sanctum Hieronymum editis, et per Eccleſiam approbatis, nonnulla veram religionis doctrinam, vitamque Monachalem, quam idem

Digitized by Google

idem Sanctus cum ſuis Monachis, et fratribus in ejus vita communi quo ad ea, quæ principalia ſunt ſtatus, & vitæ Monachalis per multa, & uſque ad ſui obitus tempora obſervavit, & aliquos alios obſervare monuit continentia. Lupus ipſe extraxerat, compilaverat, & velut in unum corpus ſub certis titulis reduxerat, ſub quibus ipſe, & plerique alii Monachi, & fratres dicti ordinis ex tunc in antea degere, & permanere, ac illa in regulam ſuſcipere proponebant, & affectabant. Nos igitur hujuſmodi propoſitum condignum, & rationi conſonum recenſentes, *hujuſmodi regularem, & Monachalem obſervantiam per ipſum* SANCTUM HIERONYMUM *in vita ejus obſervatam* merito laudantes, & approbantes, illamque in Dei Eccleſia in ordinem Monachalem attolli, et obſervari intenſis deſideriis affectantes, eidem Lupo doctrinam, et inſtituta Monachalia ejuſdem SANCTI HIERONYMI ex eiſdem Epiſtolis, et tractatibus, pro ut per ipſum Lupum extracta, compilata, et reducta fuerant *loco regulæ S. Auguſtini in regulam Monachalem ordinis Monachorum eremitarum* dicti SANCTI HIERONYMI, et ejuſdem S. vitam præfatam in ordinem hujuſcemodi ſuſcipiendi, ac ipſam regulam dictis Prioribus, Monachis, fratribus, et perſonis prædictis ſub ea vivere cupientibus, quos etiam ac per ipſum Lupum poſtquam ſecundum eamdem regulam vota ſua principalia emiſiſſent a dictæ regulæ S. Auguſtini obſervantia ex tunc penitus abſolutos eſſe voluimus, et decrevimus obſervandam tradendi, et publicandi plenam, et liberam per alias noſtras litteras, quas earum tenores præſentibus haberi volumus pro expreſſis conceſſimus facultatem, ac per eaſdem litteras voluimus, quod poſtquam idem Lupus regulam hujuſmodi tradidiſſet, publicaſſet, ut præfertur, ex tunc ipſe, ac Priores, Monachi, fratres, ac perſonæ prædicti ordinis ſecundum illam vota ſua principalia religionis hujuſmodi emittere, profiteri, et vivere tenerentur; ipſaque regula ſic tradita, et publicata robur obtineret perpetuæ firmitatis.

Cum

Cum autem ſicut exhibita nobis nuper pro parte ejuſdem Lupi petitio continebat, licet ipſe poſtmodum ad ſalutarem dicti ordinis Monachalis inſtitutionem, ejuſque ſoliditatem, et incrementum provide intendens, prefatam vitam dicti SANCTI HIERONYMI Monachalem in ordinem hujuſmodi, ejuſque doctrinam, et inſtituta Monachalia, pro ut ex Epiſtolis, et tractatibus prædictis per ipſum Lupum extracta, compilata, et reducta fuerunt, ut præfertur, dictarum litterarum vigore *loco dictæ regulæ Sancti Auguſtini in regulam Ordinis Monachorum eremitarum aſſumpſerit*, et erexerit, atque ſuſceperit, ipſamque regulam Prioribus, Monachis, fratribus, et perſonis Ordinis hujuſmodi ſub ea vivere cupientibus juxta illius continentiam inviolabiliter obſervandam tradiderit, publicaverit, ac obſervari decreverit, ipſique Priores, Monachi, et fratres vota ſua principalia ſecundum regulam hujuſmodi in manibus dicti Lupi profeſſi fuerint, illaque de cætero utentes ſecundum eam regantur, et gubernentur, ac ipſam in regulam eorum *tamquam veram doctrinam Monachalem* SANCTI HIERONYMI laudantes, et approbantes acceptarunt, et ſecundum eam, etiam Monaſteria ejuſdem ordinis Monachorum regunt, et gubernant. Idem tamen Lupus aſſumptionem, errectionem, ſuſceptionem, traditionem, publicationem, et decretum, aliaque præmiſſa ex certis cauſis dubitat viribus non poſſe ſubſiſtere; pro parte dicti Lupi nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut aſſumptioni, errectioni, ſuſceptioni, traditioni, & publicationi, ac aliis præmiſſis pro illorum ſubſiſtentia firmiori robur Appoſtolicæ confirmationis adijcere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Nos igitur qui religionis propagationem, et divini cultus augmentum noſtris vigere temporibus intenſis deſideriis affectamus, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, aſſumptionem, errectionem, ſuſceptionem, traditionem, et publicationem, et alia præmiſſa, ipſamque regulam, pro ut inferius deſcribetur, ac omnia, et ſingula in ea contenta, ac inde

inde ſecuta; rata habentes, et grata, ea authoritate Apoſtolica ex noſtra certa ſcientia confirmamus, et præſentis ſcripti patrocinio communimus ſuplentes omnes defectus, ſi qui forſan intervenerint in eiſdem. Statuentes nihilominus, et etiam ordinantes, quod de cætero Lupus ipſe, ejuſque ſucceſſores Præpoſiti, Generales, Priores, Monachi, fratres, et profeſſores, ac Conventus, et Monaſteria dicti ordinis Monachorum eremitarum Sancti Hieronimi, quæ nunc ſunt, et erunt inpoſterum, profiteantur vota ſua tria principalia religionis, ac etiam regantur, et gubernentur per dictum Lupum, ejuſque ſucceſſores Præpoſitos, ac vivere teneantur ſecundum regulam hujuſmodi, ejuſque continentiam, et effectum, ac ipſius ſuſceptionem, traditionem, et publicationem præfatas, aliaque inſtituta ordinis hujuſmodi regularia. Volumus inſuper, atque concedimus ad ſerenandas conſcentias profeſſorum hujus ordinis, et pro ipſorum majori quiete animorum, quod ſi qui profeſſorum hujuſmodi dictam regulam, ſeu aliqua de contentis in ea humana fragilitate, aut infirmitate cauſante, ſeu alias tam exacte, pro ut traditur in eiſdem, non obſervaverint; non propterea mortalis peccati vinculo ſint ligati, ſed per ſuos ſuperiores pro eorum, et tranſgreſſione, ac modo culpæ injungi valeat pœnitentia ſalutaris, quam ſuſcipere, et adimplere teneantur. Non obſtantibus Conſtitutionibus Apoſtolicis, ac prædicti, et aliorum quorumcumque Ordinum, ſtatutis, et conſuetudinibus, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quacumque firmitate alia roboratis, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Tenor vero Regulæ hujuſmodi de verbo ad verbum ſequitur, & eſt talis. *Fratres chariſſimi, non queo quem mente concepi ore proferre ſermonem &c.*

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis, communitionis, ſupplicationis, ſtatuti, ordinationis, voluntatis, & conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contaire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit,

rit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Dat. Romæ apud Sanctos Apoſtolos ſexto Idus Julij Pontificatus noſtri anno decimotertio.

X X I V.

Synodus Baſileenſis poſt obitum B. Lupi de Olmeto Hieronymiana *Inſtituta moderatur, Regulamque Divi Auguſtini noſtris ab Hominibus iterum recipiendam edicit, ſuoque diplomate confirmat.*

A. D. 1433. SAcroſancta Generalis Synodus Baſileenſis, in Spiritu Sancto legitime congregata, Univerſalem Eccleſiam repræſentans. Ad perpetuam rei memoriam.

Dignum cenſemus, & congruum, ut loca pia, & Religione conſpicua, in quibus inviolata perſonarum Deo deditarum viget obſervantia regularis, fervet Charitas, refloret honeſtas virtutum plantaria per bonorum operum ſtudia, & preclara Sanctitatis merita jugiter reviviſcunt patet devotæ laudis frequentia, & divinæ attolitur gloria Majeſtatis, congruis honorum inſigniis, & prerogativa honorificentiæ potioris decorentur, ac Deo propitio, noſtræque confirmationis, & approbationis auxilio protegantur a noxiis, & a jugo cujuslibet oppreſſionis ſerventur illeſa, ſicut meritorum, & virtutum rutilant claritate.

Sancto (nuper ut accepimus) *Ordine Monachorum Heremitarum* Sancti Hieronymi ſub regula Sancti Auguſtini Zelo pure devotionis laudabiliter inſtituto, nonnulla in his firmiter obſervanda juxta qualitatem temporis, & exigentiam perſonarum, per primum dicti Ordinis Præpoſitum Generalem edita, & multiplicata, auctoritate Apoſtolica, ſtatuta; & Succeſſive ipſe Prępoſitus, ac Perſonę, & Monachi dicti Ordinis, Regula hujuſmodi dimiſſa, & alia quadam Regu-

Regula Sancti Hieronymi nuncupata, aſſumpta, & inſtituta ad illam ſervandam fuere ſubmiſſi, ſuper quibus in Generali ipſorum Capitulo, his diebus celebrato ſingulis prudenter ad laudem Dei, & Ordinis incrementum ponderatis, Statuta hujuſmodi ad minorem numerum reduxerunt, nonnulla ex eis minus convenientia reſecando, & moderando, pro ut ſecundum Deum viderant expedire. Regulam Sancti Auguſtini prędictam ex ceteris cauſis eidem Ordini, & Perſonis degentibus in eodem magis convenientem requirendo. Quare pro parte ipſius Capituli nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut ipſos, nec non ſingulas Perſonas ipſius Ordinis, ab aliis reſecatis ſtatutis hujuſmodi, & illorum obſervantia abſolvere; ut reducta per eos ſtatuta perpetuo ſervanda, & Ordinem prefatum confirmare, & approbare, & ad ipſam Regulam Sancti Auguſtini reſtituere dignaremur.

Nos igitur, qui plene noſcimus omnia bona Opera in Ordine, & Monaſteriis pręfatis indeſinenter vigere, & multipliciter *reflorere* hujuſmodi ſupplicationibus Inclinati, Capitulum, Monachos, & Perſonas prętatas, à reſecatis Statutis hujuſmodi, & illorum obſervantia tenore pręſentium abſolventes, aliaque redacta, ſeu moderata, & per eos noviter edita ſtatuta, & per nonnullos Venerabiles Sanctę Eccleſiæ Cardinales, & Pręlatos nobiſcum in Vinea Domini ferventiſſime laborantes, diligentius examinata, & quæ de Verbo ad Verbum preſentibus inſeri facimus, nec non Ordinis Inſtitutionem hujuſmodi ex certa ſcientia rata habentes, & grata, ea omnia auctoritate Univerſalis Eccleſię approbamus, & confirmamus, & pręſentis Scripti Patrocinio communimus, ſupplentes omnes defectus, ſi qui forſitan intervenerunt in eiſdem, dictoſque Monachos, ac Perſonas ad ipſam Regulam Sancti Auguſtini per eos perpetuis futuris temporibus obſervandam reſtituimus, ac illi ſubmittimus: & ex nunc eos a pręfata Sancti Hieronymi Regula nuncu-

pata abſolvimus, & abſoluto eſſe volumus, ac decernimus per preſentes. Non obſtantibus Conſtitutionibus Apoſtolicis, ac Statutis, & Conſuetudinibus ipſius Ordinis, & aliorum quorumlibet, etiam ſi juramento, voto, confirmatione Apoſtolica, vel quacumque firmitate alia roboratis; nec non quibuſvis aliis privileggis, Indulgentiis, ac aliis quibuſcumque litteris Apoſtolicis quaſvis Clauſulas derogatorias, & quas preſentibus haberi volumus pro expreſſis in ſe continentibus per Apoſtolicam ſedem, aut alias quovis modo eiſdem Ordinis, & Monaſteriis aut cuivis alteri in genere vel ſpecie ſub quavis verborum forma conceſſis, ac ſi de eis, & de eorum totis tenoribus, ac de verbo ad verbum plena, & expreſſa in pręſentibus mentio facienda foret, ceteriſque contrariis, quibuſcumque; Nos inſuper ex nunc irritum decernimus & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam, quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Tenor vero dictorum Statutorum, de verbo ab verbum ſequitur, & eſt talis..... Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtrę approbationis, Confirmationis, commutationis, ſuppletionis, reſtitutionis, ſubmiſſionis, abſolutionis, volontatis, & decreti infringere, vel auſu temerario contrahire. Si quis autem hoc attentare preſſumpſerit, Indignationem Omnipotentis Dei, & Univerſalis Eccleſie ſe noverit incurſurum.

Dat. Baſileæ XI. Kal. Januarij An. Domini Milleſimo Quadringenteſimo trigeſimo tertio &c.

SYLLA-

Digitized by Google

X X V.

SYLLABUS

MONACHORUM HIERONYMIANÆ FAMILIÆ

Qui in antedictis veteribus monumentis commemorantur ab An. D. 1144. *ad An.* 1424.

1144. PRIOR, ET FRATRES SANCTI PETRI HOSPITALETTI *Ordinis* SANCTI HIERONYMI. pag. 1.

1337. Ven. Vir. D. F. Michael de Graſſis Civitatis Papiæ Prior Monaſterii HOSPITALETTI SANCTI PETRI DE SENA Ordinis VEN. PATRIS SANCTI HIERONYMI. pag. 2.

D. F. Paulus de Loderis Vicarius dicti Monaſterii.

D. F. Mattheus de Bripio.

D. F. Laurentius de Incaſate.

D. F. Joanninus de Puſterla. pag. 2.

1344. Ven. Vir. D. F. Antonius de Sancto Alberto Prior dicti Monaſterii HOSPITALETTI ex Inſtr. 3. Decembris 1357. pag. 43.

1347. Ven. Vir. D. F. De Bevilaquis Prior.

D. F. Franciſcus de Britio Vicarius. pag. 12.

1348. Ven. Vir. D. F. Antonius de Sancto Alberto Prior. pag. 20.

1352. Ven. Vir. D. F. Michael de Graſſis Civitatis Papiæ Sindacus, & Procurator. pag. 26.

1353. Ven. Vir. D. F. Jacobus de Armaſolis Prior. pag. 32.

1357. Ven. Vir. D. F. Laurentius de Odys de Parma Prior. pag. 43.

1363.

1363. Ven. Vir. D. F. Gabriel de Ruſconibus de Cumo . pag. 48.
D. F. Jacobus de Bevilacquis.
D. F. Franciſcus de Britio.
D. F. Boxius de Cremona.
D. F. Bernardus de Alexandria.
D. F. Mattiolus.
D. F. Blaxius de Pergamo. pag. 49.
1364. Ven. Vir. D. F. Vincentius de Mantua Prior.
D. F. Bonaventura de Ricardis Vicarius.
D. F. Franciſcus de Britio.
D. F. Boxius de Cremona.
D. F. Bernardus de Alexandria.
D. F. Mattiolus.
D. F. Blaxius de Paganis de Pergamo. pag. 52.
1373. Ven. — D. F. Anſelmus de Papia Prior.
D. F. Franciſcus de Britio.
D. F. Boxius de Cremona.
D. F. Antonius de Laniate.
D. F. Gabriel de Roma.
D. F. Paulus de Reggio.
D. F. Mapheus de Cantarico. pag. 54.
1401. Ven. — D. F. Hieronymus ex Diplomate Johannis Galeatii Vicecomitis Mediolani Ducis. pag. 61.
1411. Ven. — D. F. Ferdinandus. (Ordin. glor. Doct.)
Ven. — D. F. Ludovicus. (S. Hieronymi.) pag. 67.
1424. Ven. Pater D. Lupus de Olmeto Hieronymianæ Familiæ reſtitutor. pag. 71.
1425. Ven. — D. F. Antonius de Breppia.
D. F. Gaſpar de Paſqualibus.
D. F. Paſchaſius.
D. F. Jacobus de Verderio.
D. F. Hieronymus de Graſſis.
D. F. Franciſchinus de Miſano. pag. 79.

SYLLA-

XXVI.

SYLLABUS

ABBATUM GENERALIUM

HIERONYMIANÆ *Familiae a Beato Lupo de Olmeto reſtitutae ab An. D.* 1424. *ad An. D.* 1754.

MONITUM.

Ne Lectorum moleſtia pluries eadem nomina replicemus, Aſterici *, * *, * * *; *unum, duos, tres ex antecedentibus Monachis Familia noſtra præfecturam iterum obtinuiſſe indicabunt.*

1424. BEatus Lupus de Olmeto Ordinis SANCTI HIERONYMI Hiſpaniarum Præpoſitus Generalis, HIERONYMIANAM Familiam primus ad antiquam Sancti Parentis Diſciplinam reſtituit, multiſque Monaſteriis amplificavit, quorum ipſe Abbas Generalis ad ſui Vitam conſtitutus eſt Diplomate MARTINI V. PONT. MAX. Dat. Galicani VII. Idus Auguſti Pontif. Anno ſeptimo, præfuit Annos IX., obiit Romæ in Cœnobio SS. Bonifacii, & Alexii die tertia Aprilis A. D. 1433.

1433. Rm̃us P. D. Joannes de Robles, præf. An. XVII. obiit Hiſpali in Cœnobio S. Iſidori A. D. 1450.

1451. B. Conſtans de Gazaniga Mediol. præf. An. XIX. obiit Caſtellatii A. D. 1474.

1460. B. Sebaſtianus Cuſani Mediol. ob. Cremonæ 1468. *.

1463. Ven. P. D. Benedictus Pagani Med. *.

1468. R. P. D. Thomas Gadicenſis **.

1477. R. P. D. Regidius a Baſilica Petri Med.

1478. Ven. P. D. Deſiderius Romerius Med. ob. Placentiæ 1508.

1479.

1479. R P. D. Salomon Porta Med. **.
1486. R P. D. Thomas Canali Med. *
1490. Ven. P. D. Bartholomeus Novarienſis ob. Caſtellatii 10. Feb. 1511.
1492. Rmus P. D. Bernardus de Concoregio Med. *.
1494. D. Balthaſſar de Pergamis Med. **.
1498. D. Silveſter de Paſqualibus.
1499. D. Dionyſius Terzaghi Mediol. ***.
15C5. D. Baſilius Galli Papienſis **.
1509. D. Nicolaus de Parma Placentinus **.
1513. D. Bernardinus Landinelli a Pontremulo.
1514. D. Alexius Groſſi Mantuanus *.
1516. D. Albertus de Otatiis Papienſis *.
1518. D. Pelegrinus de Fara Placentinus.
1519. D. Balthaſſar de Gambaris à Malegnano.
1520. D. Angelicus Marliani Mediol.
1521. D. Simplicianus Terzaghi Mediol. **.
1525. D. Gaſpar à Baſilica Petri Mediol.
1526. D. Melchior Peſſius Placen. ob. Mantuę 2. Auguſti 1540.
1527. D. Calimerius de Romagnano.
1528. D. Barnabas Borri de Iporeggia ***.
1533. D. Hieronymus de Vitalibus de Pizleone Med. ob. 1578. **.
1538. D. Eliſeus de Boſiſio Mediol.
1539. D. Conſtans de Carenzonibus Cremonenſis.
1540. D. Simeon à Placentia *.
1542. D. Bartholomeus Galli Mediol. ob. 1562. *.
1544. D. Valerius Placentinus ob. Mantuę 9. Aug. 1544. *
1546. D. Paulus Corvini de Areſio Mediol. ob. 1563.
1547. D. Iſidorus Marianus Cremonen. ob. 1572.
1548. D. Maximus de Tebaldis Placen.
1549. D. Theophilus de Serenio Med. ob. Hoſpitaletti 7. Novembris 1549.

1550.

1550. Rm̃s P. D. Anſelmus Placentia Placentinus ob. 1574. *.
1552. D. Balthaſſar de Serenio Mediol. ob. 1590.
1555. D. Melchior Placentinus.
1556. D. Placidus de Burſis Mediol. cb. Hoſpit. 25. Junii 1556. **.
1558. D. Claudius de Federicis Mediol. ob. 1561. *.
1560. D. Urbanus Ripa Mediol. ob. 1586.
1562. D. Lucius Paraboſcus Placent. ob. 1571.
1563. D. Nicolaus Boſſi Mediol. ob. 1587. *.
1568. D. Eliodorus de Aureliis Mediol. ob. 1591.
1569. D. Hieronymus Cremaſchi Mediol. præfuit An. XII., ob. Romæ 19. Octobris 1581.
1582. D. Felix Puteus Placentinus ob. 1594.
1584. D. Leander Dulcianus Placentin. ob. 25. Novembris 1585. *

GREGORIUS XIII. P. M. *Comitia majora tertio quoque anno haberi juſſit Diplomate Dat. Romæ apud Sanctum Marcum xiii. Octobris* 1584. *Pontificatus ſui Anno xiii.*

1590. Rm̃s P. D. Angelicus Locati Mediolanenſis ob. 3. Decembris 1590. Marmiroli.
1591. D. Virgilius de Renatis Mantuan. ob. Mantuæ 23. Auguſti 1592.
1593. D. Georgius Lucianus Cremonen. ob. Novariæ 1611.
1596. D. Mutius de Securis Placentinus ob. Placentiæ 1611.
1599. D. Petrus Porrus Placentinus ob. Romæ 1606.
1602. D. Juſtus de Zanellis Cremonen. ob. Cremonæ 1604.
1605. D. Julius de Morigiis Mediol. ob. Papiæ 1623.
1608. D. Theodorus Pilottus a Bononia ob. Albani 1613.

1611. Rm̃s P. D. Balthaſſar Sudatus Mediol. ob. Mediolani 11. Aprilis 1630.

1614. *D. Julius de Moriggis* 1I.

1617. D. Deſiderius Piola Mediol. ob. Romæ 1624.

1620. *D. Baltaſar Sudatus* 1I.

1623. D. Horatius Maghenzanus Cremon. ob. Cremon. 12. Januarii 1653.

1626. D. Pius Rubeus Placent. ob. Placentiæ 22. Januarii 1666.

1629. D. Michael Angelus Moloſſus a Pontremulo confirmatus ob. Papiæ 19. Auguſti 1661.

1633. D. Hieronymus Figinus Mediol. ob. Hoſpitaletti 5. Febbruarii 1655.

1636. D. Petrus Franciſcus Solarius a Cherio ob. Alexandriæ 23. Maji 1658.

1639. D. Damianus Rivoli Mediol. ob. Comi 3. Febbruarii 1669.

1642. *D. Hieronymus Figinus* 1I.

1645. D. Leonardus Ferri a Bononia, ob. Caſtellatii 11. Febbruarii 1651.

1648. D. Camillus Reverta Mediol. ob. Caſtellatii 9. Januarii 1666.

1651. D. Evangeliſta Comendullus Cremon. ob Romæ 4. Martii 1661.

1654. *D. Hieronymus Figinus* 11I.

1655. D. Thimotheus Sclafinatus Med. ob. Caſtellatii 6. Febbruarii 1682.

1658. *D. Camillus Reverta* 1I.

1661. D. Florianus Marcellini a Papia, ob. Montisbelli 27. Decembris 1676.

1664. *D. Thimotheus Sclafinatus* 1I. confirmatus.

1670. D. Deſiderius Ambroſinus Cremonen. ob. Cremonæ 21. Novembris 1697.

1673. Ven. P. D. Onuphrius Orobonus Placent. confirm. ob. Placentiæ 1. Septembris 1678. 1679.

1679. Rmus P. D. Angelus Franciſcus Porrus Med. confirm. ob. Hoſpitaletti 21. Julii 1707.

1685. D. Arcangelus Burſa a Lauda ob. Hoſpitaletti 18. Septembris 1686.

1686. *D. Deſiderius Ambroſinus* II.

1688. D. Coſmas Monforti Mediolanenſis ob. Caſtellatii 21. Novembris 1720.

1691. D. Hypolitus Franciſcus Beccaria Mediol. ob. Caſtellatii 20. Novembris 1696.

1694. D. Sigiſmundus Politius Placent. ob. Piacentiæ 16. Febbruarii 1724.

1697. *D. Coſmas Monforti* II.

1700. D. Franciſcus Hieronymus de Capitaneis Mediol. ob. Comi 10. Febbruarii 1705.

1703. D. Galeatius Maximus de Roma Cremonen. ob. Cremonæ 6. Martii 1740.

1706. D. Petrus Hieronymus Cocchius de Cumo ob. Hoſpitaletti 9. Febbruarii 1721.

1709. D. Carlus Antonius Bonvini Mediol. ob. Comi 13. Martii 1734.

1712. D. Gabriel Maria Caſali Placentinus ob. Hoſpit. 11. Aprilis 1718.

1715. *D. Carolus Bonvini* II.

1718. *D. Petrus Hieronymus Cocchius de Cumo* II.

1721. D. Joannes Antonius Navaroli Cremonen. ob. Platinæ 2. Auguſti 1727.

1724. D. Julius Franciſcus Balletta Mediol. ob. Caſtellatii 20. Maji 1736.

1727. D. Seraphinus Scotti Mediol. ob. Mediolani 20. Martii 1740.

1730. D. Athanaſius Cella Placentinus ob. Brembii 5. Junii 1735.

1733. D. Auguſtinus Marliani Mediol. confirm.

1737. D. Paulus Alexander Serponte Mediol.

1740. Rmis P. D. Theophilus Seraphinus Grandi Cremonen. ob. Cremonæ 28. Febbruarii 1745.

1743. D. Joannes Carolus Galimberti Mediolanen.

1746. D. Cæſar Ludovicus Sartirana Mediolanen.

1749. D. Theodoſius Maria Veggius Placentinus.

1752. D. Felix Marius Nerinius Mediolanenſis.

APPEN

APPENDIX
EPISTOLARUM III.
EMINENTISS.MI DOMINI
D. ANGELI MARIÆ
CARDINALIS QUIRINI
AD AUCTOREM.

Digitized by Google

EPISTOLA I.

REVERENDISS. PATRI

D. FELICI MARIÆ NERINO

CONGR. MONACHORUM S. HIERONYMI DE ITALIA

ABBATI GENERALI

A. M. CARD. QUIRINUS

S.R.E. BIBLIOTHECARIUS, ET EPISC. BRIXIEN.

D*UM læto adhuc plauſu conſonarent Caſſinenſis montis nemora omnia, pariterque Brixianorum lacuum, & fluminum littora ob vindicatam a me indubiis Monumentis ex hac ipſa urbe depromptis perennem Sanctorum Benedicti, & Scholaſticæ Corporum manſionem in ejus montis Cœnobio, totius Benedictini mei Ordinis capite, & fonte, ſorte æque proſpera hiſce diebus meas ad manus Florentia pervolarunt paris pretii Monumenta. Ea ſcilicet, quæ palam faciant, primævam* HIERONYMIANI *Inſtituti originem, hactenus ſummopere obſcuram, Cœnobiolo cuidam* Le Campora *vocato, & ad ejus Abbatiæ jura ſpectanti, in qua adoleſcentulus Benedictinis ſacris me addixi, perque annos quatuordecim literis vacavi, deberi. Jam intelligis, Rm̃e Pater, me novis iſtis divitiis potitum præter modum gaudio exultaſſe, earundemque largitori gratias, quas potui maximas, reddidiſſe. Is fuit doctus Petrus Aloyſius Gallettus,*

Abbatiæ

